

14.

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE
F U G A,

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
AUGUSTO ET SERENISSIMO REGIO PRINCIPE AC DOMINO,

FRIDERICO WILHELMO,

REGNI BORUSSIÆ atq; ELECTORATUS BRANDENBUR-
GICI HÆREDE &c. &c.

*Ex DECRETO & AUTORITATE MAGNIFICI FCTO.
RUM ORDINIS IN ALMA VIADRINA,*
PRÆSIDE

DN. HENRICO COCCEJO,

AUGUST. ac POTENTISS. REGIS BORUSSIÆ
CONSILIARIO INTIMO,
FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO, & ANTECESSORE
PRIMARIO,

DN. FAUTORE AC PATRONO SEMPER VENERANDO,

PRO
LICENTIA OBTINENDI SUMMOS
IN UTROq; JURE HONORES
Publicæ Eruditorum disquisitioni
subjicit

Ad D. 22. April. Horis ante- & pomeridianis An. 1706.

JOHANN DANIEL Löper/
Starg. Pomer.

FRANCOF. ad VIADR. Literis CHRIST. ZEITLERI.



PLATATIO JURIDICA JAVANGUARIA

DE

EUGA

GEN

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

ALVISO DE ZARAGOZA ET ALVISO PONCE DE LEYBANO

FEDERICO ALHEMO

RENI BOURGEOIS ET MECOMIATOS BRUNDINIANUS

ET AL HERLIE

LAZARUS ET ALVISO DE VILLENA ALTO

ET AL GORDIUS IN VILLENA ALBALIA

LX

DN HENRICO CCCLII

VICERE DE BOLIVAR ET AL HERLIE

CONSTITUTIO IMMO COINTERRE & ANTECESSORE

MONTATIS JURISCONTRIBUTORIUM & FIRMAMENTO

DE LAMBERTO DE VILLENA ET ALVISO ALBALIA

LXI

LICENTIA OPIJENNI SUMMOS

LAURETAE DE HONORE

PER TERRAS FRANCORUM FRANCORUM


ALVISO DE VILLENA ALBALIA

LXII

JOHANN DANILO GÖTTA

SALTUS PONCI

TRANSCRIPTA AUDITI PICTA ET FESTA VELLITER




I. N. D. N. J. C.

D E F U G A.

PRÆCOGNITA.

SUMMARIA.

Fuga interdum aversionem notat. n. 1. interdum tergiversationem. n. 2. reus semper dicitur fugiens. n. 3. an salu^d conscientia liceat in iudicio tergiversari? n. 4. Non omnis tergiversatio improbanda. n. 5. Definitio fugæ. n. 6. ejusdem Divisio. n. 7.



Um quid circa fugam juris sit, exponere aggredior, paucis præmonendum est, *Fugæ* vocabulum varias sortiri significationes. Vel enim ad nudum animum referatur: & sic *aversionem*, abhorrentiam & abstinentiam notat. Hinc Ciceroni, infamiam *fugere*: L. 1. fam. ep. 1. *fugere* nomen invidiosum voluptatis. IV. Acad. C. XLV. idem, ac *aversari*, significat. Et, *fugere* procul rationem Reipubl. Corn. Nepoti in Attic. idem est, quod abstinere. Vel refertur ad actiones, v. g. litigantium, 2. & sic Actor dicitur *fugitus*. in l. 13. §. 2. C. d. *Jud.* quando re verâ tergiversatur. Potissimum autem reis tri-
buitur 3.

A

* (2) *

- buitur *Fuga*, & dicuntur *hifugientes*. *L. f. pr. & §. 3. C. de bon. quæ lib. L. 2. pr. & §. 1. C. deffjur. propt. calunia. etiam tunc, quando non fugiunt, sed litem acerrimè prosequebuntur; imò auctorem ipsum ad litem prosequendam urgent. d. l. 13. §. 2. C. de jud. Denominatione scil. (ut puto) ab eō, quod ut plurimum sit, petirā; & quia plerumque rei tergiverulantur. An verò salvā conscientiā id facere posint, alia quæstio est: Et Resp. quod non. Sine necessitate enim in foro litigare, mortale esse peccatum, & si lis necessaria sit, improbab tamen fieri, nisi celerrimè quantum fieri potest, finiatur, iudicat B. Brunn. in *Proc. Civ. c. 1. n. 63. 64.* Non tamen audeo omnem penitus improbare tergiversationem, v. g. si quis videat se alias in causa *jubilæ succubiturum*, vel quod probationes sibi nondum præstò sint, vel quod ejus, qui nunc judicio præstò inimicitiam pariter ac potentiam extimescat. &c.*
6. Sed de ejusmodi fuga in præsens plane non sum sollicitus; Mihi sermo est de *fuga reali vel corporali*: Quæ est affectus appetitus concupiscentis, cum corporali motu, locisque mutatione ad declinandum mala imminentia coniunctus, prout in *l. ult. §. ult. ff. de requir. obs. & passim* accipitur. Et hujusmodi fuga illicitæ quandoque est, aliquando *licita*, interdum *necessaria*, pro ratione sc. causæ substratae, in quā ut *JCtus in l. 52. §. 2. ff. ad L. Aquil. loquitur*, jūs positum est. Cum autem Militum, Debitorum, Delinquentium, Servorum, & invasorum singulæ, præcipuum in jure mereantur considerationem, de singulis suo ordine, implorât ad id gratiosâ Divini Numinis assistentia, videbitur.
- 7.

CAP. I.

* (3) *

CAPUT I.

DE FUGA MILITUM.

SUMMARIA.

Milles quis? n. 1. de militis obligatione n. 2. de pena deseritorum variâ. n. 3. 4. de pena ejus, qui primum in acie deserit. n. 5. de fugâ integrarum legionum. n. 6. de causis ex quibus minuitur pena ultimi supplicii in desertore. n. 7. 8. 9. 10. de milite præpositum suum deserente. n. 11. de milite statu-
nem deserente. n. 12. de milite ex carcere aufugiente. n. 13. de
restitutô, ex causa desertionis notatô. n. 14. de milite transfu-
gâ. n. 15. Jure belli recipitur n. 16. de pena transfugarum
variâ. n. 17. 18. 19. de fugâ Obsidum. n. 20. 21. 22. de fugâ mi-
litum licita. n. 23. 24. 25. 26. de fugâ captivorum. n. 27. 28.
29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. de captivo victori resistente. n. 36. 37.
de fugâ militum necessaria. n. 38. 39. 40. 41. de Vasallo. n. 42.
de obligatione Vasallî. n. 43. de ejus fuga illicita. n. 44. 45.
46. de fugâ ejus licita. n. 47. 48. 49. de necessaria Vasallî fu-
ga. n. 50. de fugâ militum Christi. n. 51. 52.

Milles nemo dicitur nisi sacramentô militari præ- 1.
stítô: Hoc enim primum militiae vinculum est.
Senec. l. 95. Epist. & arg. L. 2. §. 3. ff. de his qui not.
inf. L. 14. de his, qua ut indign. L. 1. C. de excus. veter. In-
de quoties quis aufugit ex militiâ vel dimissus est,
dicitur rupta fides sacramenti. L. 11. pr. de test. milit. aut
sacramentô solutus. L. 13. §. 3. de re milit. Præstabat
verò sacramentum miles per genium Principis, & De-
um omnipotentem, se mortem Reipubl. causa non e-
vitaturum. vid. Gloss. ad L. 45. ff. ex quibus causis maj.
Idque non à gregariô solum milite, sed & à summis
Ducibus, factum demonstrari potest ex generalitate

vocabuli militis, quô & summi Duces includebantur. Uti ex L. 1. §. 1. ff. de bon. poss. ex test. milit. colligit Grotius de J. B. & P. L. 3. c. 21. §. 15. Quod adhuc hodie milites non fiant, nisi præstito juramento militari, in aprico est. Cont. Churf. Brandenb. Krieges Recht. T. 19. art. 89. ubi & juramenti, apud nos usitati, formula, tam à Præfecto quam milite gregario præstandi, præscripta est.

2. Constat autem sub signis militantium obligatio præcipua in eô; (1.) ut militiam neque in pace, neq; in bello deserant. (2.) Ut Ducis iussu, talem etiam stationem tueantur, in quâ probabiliter prævident, vitam sibi amittendam. Puff. de J. N. & G. L. 7. C. 2. Hinc in eum qui militiam deserit & aufugit gravissimis pœnis animadvertisit. Non tamen omnes desertores æqualiter puniendi sunt, sed habetur ratio ordinis stipendiiorum, gradus militiae, vel loci, muneris deseriti, & antè actæ vitae. Aliter quoque is, qui in pace fugit aut deserit, plectitur: hic enim fustibus cædi jubetur L. 4. §. 11. de re milit. eques gradu pellendus est, pedes militiam mutat. L. 5. §. 1. d. t. aliter qui in bello. 4. Est porro qui aufugit, vel nudus desorror, vel tranfuga: Ille, sive extra aciem constitutus, sive in acie deserat, capite puniendus. L. 5. §. 1. d. t. cum quo concordat, quoad pœnam ultimi supplicii. Tit. VII. art. 32. Ch. Br. K. N. verb. Ein entwicchter Neuter oder Fuß-Knecht/ der aus unserm Dienste Feld flüchtig wird/ und rennet von seiner Fahne/ also/ daß Er dieselbe nicht bis auff den lezten Blufs Troffen defendiret/ der soll sein Leben am Galgen verlihren; und da Er immittelst verwundet und getötet wird in der Flucht/ soll der Todtschläger frey gehalten. add. ibi not. Inspecie is, qui primus in acie fugam fecit, spectantibus militibus, propter exemplum capitale
- 3.
- 5.

* (5) *

pite puniendus est. L. 6. §. 3. ff de re. mil. & art. 34. d. B.
 & R. verb. Da einer fürm Feinde zu erst die Flucht nimt/
 der soll / wann Er ergriffen / unangeklaget todt geschlagen/
 da Er aber entkomt / zum Schelm verurtheilet / dafür öf-
 fentlich ausgerufen und angeschlagen / auch Vogelfrey ge-
 macht werden. Nec minus integræ Legiones si desi-
 ciant puniuntur: avocari enim militia solent. L. 3. §. f.
 de re mil. Quæ poena apud nos eo casu obtineat, &
 quidem cum distinctione inter Praefectos & milites
 gregarios, de eo vid. B. R. art. 33. 35. verb. Da sichs
 befindet / daß die Befehls-haber und Soldaten hierinn zu-
 gleich mishandelten / so sollen doch die Befehlshaber nur
 erlassen seyn / von den gemeinen Soldaten aber allezeit der
 Z'hende nach den Looss auffgehencet / und mit den übrigen
 also gebahret werden / daß dieselbe ohn Fahnen zu dienen/
 außerhalb den Quartier zu liegen / und das Lager / da es
 unrein zu saubern / und zu reinigen angehalten / auch da-
 mit bis sie Ihr Verbrechen durch Männliche Thaten ge-
 nugsam gebüßet / verfahren werden. &c.

Minuitur tamen poena ultimi supplicii, in casu quo 7.
 singuli deserunt. (1) Si sponte revertantur. L. 3. §. 8. d.t.
 Quando enim diu vagatus ad castra regreditur, emanor
 dicitur, non desertor, hic enim est, qui invititus redu-
 citur. §. 2. & 3. d.l. 3. (2) Si tyrones sint, & his parcen-
 dum. d.l. 3. §. 8. ignorantibus enim disciplinam tyroni igno-
 scitur. L. 4. §. ult. d.t. modò fuga non sit iterata; de-
 licatum enim iteratum nullam excusationem meretur.
 d.l. 3. §. 8. (3) Si desertores ab alio deprehensi offe-
 rantur, quiscunque etiam ille sit. l. 4. §. 13. d.t. Inpri-
 mis, si filius à Patre offeratur. L. 13. §. ult. d.t. hic enim
 in deteriorem tantum datur militiam. d. l. ne sc. vide-
 atur Pater juxta effatum D. Pi, filium ad supplicium
 obtulisse. Idem quoque jus est, si Pater desertor à fi-

* (6) *

lio offeratur. v. Goth. not. ad d. l. 13. Hæ ergo & similes circumstantiæ accurate sunt attendenda. Add. h. B. R.

XO. R. Art. 32. not. (1. Ubi monetur inspiciendam esse causam: Ob der Ausgerissene auch Ursache dazu gehabt/ nemlich/ ob Er seine Gage, Mundirung/ versprochene Angeld/ Quartier oder Charge bekommen. &c. (2. Animum: Ob es ex dolō proposito, vel alio accidente, als Trunkenheit/ Unsinngigkeit &c. geschehen sey. (3. Personam delinquentis: Ob es ein neu geworbener Kœrl/ Officier &c. sey. (4. Qualitatem delicti: Ob Er zum ersten / oder schon mehrmahl ansgerissen sey/ ob Er andere dazu beredet/ ob Er sein Gewehr und Mundirung mit genommen/ ob Er zum Feinde übergehen wollen. &c. it. ob Er bevor ein gutes Leben geführet &c. homini enim omnium rationem habendum esse.

II. Porro, si miles Præpositum suum protegere noluerit, sed deseruerit, occiso eô capite punitur. l. 3. §. ult. d. t. Idem dicitur in l. 6. §. 8. 9. verb. Qui præpositum suum non protexit, cum posset, in pari causâ factori habendus est: si resistere non potuit, parendum ei. Sed & in eos, qui Præfectum centuria à latronibus circumventum deseruerunt, animadverit placuit. Cum hoc in tantum convenit: Dänisch. Krieges R. art. 99. verb. Wer seinen Officier für den Feinde im Stich lässt/ und dessen Leben/ so viel möglich/ nicht salviren und retten hilft/ &c. der soll unehrlich/ und nach Erkundniß des Krieges R. am Lebent gestraffet werden. Illi quoque, qui stationis munus relinqunt, plus quam emansores, non tamen desertores dicuntur, (nisi simul deserant) hinc non ita graviter puniuntur. l. 3. §. 5. d. t. Qui verò à fossato, (i. e. Vallō) decedunt, d. t. l. 3. §. 4. aut excubias Palatii deseruerunt, capite puniuntur. l. 10. d. t. Add. B. R. R. art. 28. verb. derjenige / welcher auf der Schild-Wacht schlafst/ oder geht vor Ablösung weg / oder trin-

* (7) *

trincket sich voll/ so daß Er die Wacht nicht bestellen kan/ der soll ohn alle Gnade arquebusiret werden.

Circa fugam incarceratedorum militum, notabilis 13.
obtinet distinctio, inter eos, sc. qui simpliciter, & per negligentiam forte custodum; & qui effracto carcere aufgiunt. Illi capite puniuntur; etiam si ante non deseruerint, uti Paulus scripsit. Illi non item; quia custodiæ refugæ, non militiæ desertores sunt. L. 13. §. 5. ff. de re milit. Cæterum, qui ex causâ desertionis notatus, & per restitutionem gratia (secus est in restitutione justitiae) restitutus est, temporis, quod in defectione fuit, stipendiis expungitur. L. 15. ff. de re milit. (Nisi hæc liberalitas Principalis ei specialiter indulserit. L. 10. d.t.) Et emerito, (i. e. præmiis veteranis dari solitis) si militiæ tempus in defectione implevit, privatur. L. 13. §. 8. l. 12. eod.

Alteram speciem desertorum, constituant transfuga: qui scilicet signis suis desertis ad hostium castra eonfugiunt. Jure Romano non solum is transfuga accipiendus, qui aut ad hostes, aut in bello, sed & qui per induciarum tempus aut ad eos, cum quibus nulla amicitia est, fide suscepit transfugit. L. 19. §. 8. de capt. & postl. Hunc jure belli recipi, inquit Celsus. L. 51. de 15. acqu. rer. dom. i. e. ex belli jure sequi, vel saltem contra jus belli non esse, ut admittamus eum, qui deserta hostium parte nostram eligit. Grot. L. 3. c. 1. §. 22. Cæterum per inducias, et si qui transfugit, pro transfuga merito, ut dictum, habeatur, non tamen per eas salva earum fide recipi potest. arg. d. l. 51. voc. jure belli. Nostris moribus quoque transfugam admitti & recipi, quotidianus docet usus.

Sunt vero variae ab antiquissimis temporibus transfugorum poenae, ab iis nimirum statutæ, à quibus transfigerunt. Ita transfugis dextras praecedit Fabius Maximus

ximus, aliiq; Africanus superior cives fugitivos crucibus affixit, socios securi percusit: Posterior vero Africanus bestiis objecit. *Flor.* L. 51. *Epit. hist. Liv.* Romæ primum verberati, securi percusisti; vel de *Saxo Tarpejo* præcipitati sunt. uti const. ex *hist. Liv.* L. 2. c. 59.

18. Quid jure Civili scripto obtineat videre est ex *L.* 3. §. 6. ad *L. Corn. de Sicar.* l. 3. §. 10. & 11. & *L. 7. ff. de re milit.* L. 5. §. 1. de cap. minut. L. 19. §. 4. de capt. & past. Jure autem nostro militari ita dispositum reperitur. art. 46. *Churf. B. R. N.* verb. Wer zum Feinde überlaufft / dessen Nahme soll am Galgen geschlagen / und da Er erwischt / am Leben gestraffet werden.
19. Cum & scipiis in bello ab utrâque parte pro firmando pace obsides dentur, hi vero plerumque, maxime in ditione urbis vel castelli, ex militibus eligantur; suboritur quæstio, an obsides fugere possint. Ad quam tamen respond. distingvendo: (1.) aut voluntarii sunt obsides, qui suâ voluntate se dederunt; hi, quia jus suô factô in hostem transtulerunt, illicite aufugiunt, &, si fugiant, iterum capti occidi possunt. Si vero ad suos revertantur, ab iis non recipi, sed restituui debent. Quodsi vero ex pacto & imperio Superiorum dati sint, nullâ suâ voluntate, ipsis quidem fuga præclusa non videtur, nisi alia lex dicta fuerit; sed reversi ad suas petente hoste restituendi sunt. Ita repetit quondam porsenna Cleliam sibi à Romanis obsidem datam: Si non dedatur obses, pro ruptô se fœdus habiturum; & Romani deinde pignus pacis ex fœdere restituerunt. *Liv.* L. 2. *Grot.* L. 3. C. 20. §. 54.
20. Aut (2) plane *inviri sunt aut coætti*, qui ab ipsô hoste capiuntur, & detinentur, donec postulato ejus satisfactum: hi si fidem dederunt, (so sie Ihre parole von sich gegeben) fugere amplius jure non poslunt: Si vero fidem

* (9.) *

fidem non dederunt, licite fugiunt, quia nec ex suô,
nec civitatis suæ consensu detinentur. vid. Ch. B. R. R.
in Not. ad art. 42. p. m. 76.

Dictum de fugâ illicitâ desertorum & transfu-^{23.}
garum, it. obsidum; Sequitur dicendum de fuga mi-
litum lictâ & necessaria. Lacedæmone quidem fuisse
Legem, quæ ignominiâ notabat cives, qui è pœlio
fugissent, constat ex pugnâ Leutrica. vid. Plut. in Lac.
apoph. c. 4. Et quæ apud Romanos, vel apud nos ho-
dienum circa fugientes obtineant, ex parte vidimus.
Non tamen omnis militi fuga inhonestâ & illicita est,
imò quoties irruente vi hostium, & re desperatâ, nil
nisi certissima mors immineat, quæ tamen rei com-
muni nihil profutura, miles licite fugit. Ita lictum ^{24.}
fugere, vel ignoscitur faltem, (1.) in acie; si jam usi
milites sunt gladiô, nec tamen sustinere amplius aut
repellere vim hostium possint per Art. 33. Ch. B. R.
R. verb. Die Fahnen/ Neuter oder Soldaten/ so die
Flucht nehmen/ ehe sie Ihr Seiten-Gewehr gebrauchet/sol-
len für dem Krieges-R. Ned und Antwort geben. It. in
casu art. 37. Ebenen massen/ soll es auch mit den Fah-
nen/ welche Feld-Schlachten ic. verlassen/ gehalten werden/
es wäre dann/ daß ein jeder z. Stürme ausgestanden/ und
keinen Entsaß bekommen/ auch Todes-Gefahr vorhanden
gewesen. (2.) In obsidione aut oppugnatione urbis vel ^{25.}
castelli. juxta art. 36. d. l. verb. Welche Befehls-habere und
gemeine Soldaten/ wann Festungen und Schanzen ge-
stürmet werden/ abziehen/ ehe und zuvor sie Ihr Seiten-
Gewehr gebrauchet/ oder mit dem Feinde ein Treffen ge-
than/ und von demselben niedergeleget worden/ so sollen
sie für Gericht gestellt/ von denenselben die Gelegenheit
des Sturmens erkundiget/ und darauf nach Besindung/
das Urtheil geschärfest/ oder auch wohl gelindert werden.

B

(3.) In

26. (3.) In defensione Castelli, aut alias loci muniti. *Dux enim inferior aliquis* inquit Puffend. L. 8. C. 6. cui cuncto Praesidio militum commissum est, urbem aut arcem tueri, ad eam defendendam omnibus modis committi debet. Et quidem regulariier eousque, donec internecio nulli usui futura, non amplius videtur posse evitari. Tunc enim vel se dedere, vel si fugere commodè posse, potius consultâ fuga sibi prospicere licet. idem permittritur art. 37. d. l. verb. Ebener massens soll es auch mit den Fahnen/ welche Batterien und Reduiten verlassen/ gehalten werden; es wäre dann/ daß ein jeder 3. Stürme ausgestanden/ und keine Entsezung gekommen/ auch Todes Gefahr verhanden gewesen. add. art. 43. in quo reliquæ causæ, ex quibus dedi, vel etiam deserri castellum potest, exponuntur.
- Occurrit adhuc alia militum classis, captivorum
 27. scil. de his quæritur an licet fugiant? Grot. L. 3. c. 7. §. 6. respondet affirmando; alio loco, L. 3. c. 14. §. 7. negando. Priori loco uti videtur, de Jure Gentium, posteriori de Jure Naturæ. Mihi videtur distingvendum esse inter captivos, qui se jam jam dederunt hosti; & qui adhuc vi tenentur. Illis, aufugere nec de Jure Gentium, nec de Jur. Nat. licet, vid. h. Diff. Per-illustris Dni. Praesidis, de Postlim. Sed. 2. §. 15. Nam qui se dederunt, licet ab initio vi capiantur, teneanturque; nunc ex propriâ dispositione transeunt in potestatem hostium. Prout vero de jure suo quisque disponit, ita jus est. *juxt. Pos. VI. Per-Ill. Dni. Praesidis, ad Jus Nat.* Igitur dum propriō factō cesserunt hosti, huic jus semel quæsitum contrariō factō auferre nequeunt. Interim tamen à suo Principe, vel priore Domino recipi possunt: Is enim neque capturam, neque ditionem approbavit, nec concedet unquam, per ditionem de suo, Principis vel Civitatis jure, privatum dispone-re po-

re potuisse, (hoc scil. Principi integrum manere debet) licet de propriō jure se dedenti disponere licuerit. Hi captivi, qui adhuc vi tenentur, licite fugiunt, 29.
 de Jure Gent. Grot. L. 3. c. 7. §. 6. (de Jur. Nat. illud videtur negare. *supr. alleg. l.*) Nam quamvis negari non posit, captivos esse in hostium potestatem, per capturam redactos, & hinc iniquitatis præ se ferre, speciem, non lytrō aliquō, sed fugā se ab illa liberare: hoc tamen etiam certum, quemlibet captivum eosque tantum esse hostium, donec fugiendi facultas incipiat, & hic integrum fugam judicet, vi enim, quā tenebatur, cessante, si fidem non dedit se remansurum, lubens sequi castra & præsidia hostium non tenetur. Interim tamen, dum adhuc potest retrahi, ju- 30.
 stitia fugæ in suspenso est, &, si retrahatur, hosti pœnas dabit, qui de injuriā sibi illatā conqueritur; Si autem fuga cessit feliciter, & reversus est captivus ad 31.
 suos, tunc de Jure Romano & Gentium postliminio re-
 dit. *l. 19. §. 3. ff. de capt. & postl.* Hodie, cum ob cessan-
 tem servitutem, jure postliminii opus non sit, in pote-
 statem sui Principis vel suæ Civitatis recidit, sequitur
 que illius judicium; quod factum fugientis approbat,
 laudatque. Quando etiam ad *amicos vel socios* per-
 venit, quia hi idem nobiscum seqyuntur judicium, iti- 32.
 dem liber est. *d. l. 19. & 7. d. t.* Si autem nondum ad 33.
 suos vel amicos reversus est, sed apud *medios* commo-
 ratur, manet adhuc in potestate hostium, quibus si
 petant, à mediis restituendus est. Mediī enim fa-
 ctum hostis pro jure habent, & quod pro jure habe-
 tur à gentibus, quæ mediae sunt, id quoque juris Gen-
 tium est. Sui verò vel socii injuriā detineri civem ab
 hoste existimant. *per d. l. 19. pr. seq.* convenit igitur hoc
 in casu Jus Rom. perfectè cum Jure Gentium. Illi ve 34.
 rò ca-

- rō captivi, qui quidem hosti se non dediderunt, fidem tamen fecerunt, se non nisi lytrō prius solutō decesuros, & hujus promissionis intuitu dimittuntur, die auff parole losgelassen / fugere amplius licetē non possunt; uti hoc usū inter nos obtinet. vid. Ch. Br. R. R. art. 70. in Not. Licet vincitī promiserint se mansuros, ut scil. mitiorem per id custodiam obtineant. Fides enim quam vincitū dedit valet, & per eam obligatur: Quoniam nimirum haec vis (1.) non impedit consensum, (2.) in bello licita est. Si tamen nihilominus vincitī detineantur, cum ne vincirentur promiserint, neque suā promissione obligantur, sed datā occasione licetē fugiunt. Grot. L. 3. c. 23. §. 8.
35. Incidit hic quæstio: An captus victori resistere, & vi sibi viam fugae aperire posse? LL. Romanis hoc permisum reperitur, in L. 26. ff. de capt. & postl. verb. Nihil interest quomodo captivus reversus an vi, vel fallacia potestatem hostium evaserat. Grotius vero, dum omnem servis Domino resistendi facultatem denegat, etiam huic simpliciter videtur contrarius esse; eumq; fecellit ratio, quoniam olim bello capti servi siebant: L. 3. c. 7. §. 7. cum captus suā suæque civitatis sententia per injuriam detenus dicatur. I. 19. princ. ff. de Capt. & postl. rev. quæ Jcti ratio vera est, & jure Gent. valet.
36. Hoc tamen non more inter Christianos antiquatō, cum hodie captivi non sint servi, sed maneant liberi, licet in potestatem capientium venerint, & lytrō, vel ex pactō redimantur; hodiernis potius, quod Rom. captivis (qui tamen servi siebant) licitum fuit, licebit. Ita quidem, ut quoties via fugae ipsis pateat, & hi integrum fugam judicent, dum nimirum per hoc desinant in hostium esse potestate, vid. supr. impedienti fugam

* (13.) *

gam hosti resistere, ac vi captivitatí se eripere possint;
quod tamen ex eventu adparebit.

Necessaria militum fuga ferè nunquam videtur, 38.
licet aliquando ipsis fugere permittatur, uti supra jam
expositum. Est tamen quandoque necessaria: Quo-
ties scilicet signum fugæ à summo Duce, vel ejus juf-
su datur; cum ad hujus nutum totus parere exerci-
tus obligetur. Igitur, si huic consultum videatur, vel
verè vel simulate fugere, (uti imperatum hoc à Jo-
sua in expugnatione Haji, & aliis quoque passim con-
stat) ut fugiat miles, vi sacramenti militaris obstri-
ctus est.

Singulare quid circa captum militem Jure Rom. 39.
obtinet in L. 5. §. 5. de re mil. verb. *Qui captus, cum po-
terat redire, non rediit, pro transfuga habetur*, quod si vi
non possit, fallaciā verò & fugā elabi tutò possit, nec
velit, tenetur. L. 26. ff. de Capt. & poſtl. Necessaria Ergo
hoc casu, est militis fuga, præsuppositō scilicet hōc,
quod possit redire. Colligitur ex hoc Jus Romanum
se referre ad Gentium Jus; scil. eousque captum in
hostium esse potestate, donec redire possit: Igitur
dum desit hostium esse, datâ sibi redeundi occasione,
si non rediit, pro transfuga habendum. *Nihil autem
interessit, an vi vel fallaciā potestatem hostium evaserit.* d. l.
26. de capt. & poſtl. Distinguit etiam Jus Romanum in-
ter militem in expeditione, & præsidio captum, & in-
ter eum qui ex improviso, & dum iter facit aut epi-
ſtolam fert capitur; hunc veniam mereri dicit, illum
non item. L. 3. §. 12. L. 5. §. 5. de re milit. Ratio tamen
ejus in LL. non expressa, sed aliquid singulare est, cu-
jus proxima fortè ratio videtur voluntas Legislatoris.

Addi militibus certō respectu possunt, Vasalli, 42.
qui, inspectā primā illorum origine, milites sunt. In-

* (14.) *

de pasim in Legibus & moribus Feudalibus eo nomine veniunt. 2. Feud. 21. 22. 23. §. 1. & feuda propter militiam constituta sunt. vid. latiss. Struv. S. J. F. c. 1. §. 3. n. 3.

43. Tenetur autem Vasallus ex fidelitate, *ipse*, Dominio præstare auxilia in bellō justō, etiam offensivo. 2. Feud. 7. verb. *Si servero te velle justè aliquem offendere, &c.* & quidem regulariter non nisi requisitus. 2. Feud. 37. §. f. Nec etiam potest substitutum offerre, si ipsum Dominus servire velit; nisi ex justâ causâ, ipse militare non posit, tunc enim substitutum acceptabilem mittere potest, qui ejus periculo militat vid. Per-Illustr. Dni. Præsidis Hypomn. Jur. Feud. T. 6. §. 26. Alias in alio quovis periculo, in quod incidit Dominus, etiam in bello injusto. Per-III. Dn. Præs d.l. §. 23. ad opem ferendam Domino, ultro accurrere debet. 2. Feud. 26. §. licet. & 28. §. ad hoc. Igitur, è contrario si deserat Dominum in periculō, vel pugnâ notorie non iustâ, feloniam committit, & Feudo privatur. 1. Feud. f. Struv. d. c. 15. §. 9. Illicita hinc vasalli fuga ex acie, dicitur: Etiamsi Dominus salvus sit, vel viator evaserit, & in acie extra periculum fuerit Dn. Stryk. E. J. F. c. 23. §. 26. Vel si mortuus sit Dominus, & Vasallus hoc nesciat. Per-III. Dn. Prætes d. T. XI. §. 8. Aut si exercitus Domini adhuc pugnet; nec enim hunc deserere potest Dn. Stryk. d.l. §. 37. Modò ipsius Domini causâ geratur bellum. Per-III. Dn. Præses d.l. T. XI. §. 8. Nihil tamen interest quod ad poenam attinet, utrum Vasallus *ipse*, an ejus *substitutus* Dominum deserat; Utroque enim casu Vasallus Feudo privatur, & substitutus periculō substituentis militat. Per-III. Dn. Præses d.l. T. 6. §. 26. & T. 11. §. 7. Differit hic Dn. Stryk. d. c. 23. §. 38. Cœterum Feloniam non committere videtur qui pœnitentiâ ductus redit. arg.
44. 45. 46.

arg. l. 4. §. 13. & L. 5. pr. de re milit. (à milite ad Vasallum)
vid. h. Per-III. Dn. Præses d. T. XI. §. 8. ubi dissententes alle-
gat Sonsb. P. 12. n. 14. Ludv. de Feud. c. 18. p. 372. non ex-
cludo hic Vasallum transfugam, cuius poena jam su-
pra, ubi de transfuga milite actum, exposita est.

Licita verò Vasalli fuga tunc est, (1.) Si Dominum
mortuum, vel lethaliter vulneratum sciverit. 1. Feud. 5.
vel ex probabili causâ crediderit. arg. L. 46. §. 7. ff. de
furt. vid. Per-III. Dn. Præses d. T. XI. §. 8. Dn Stryk. d. l. Dis-
sentit Ludm. d. l. Licet prælium adhuc ferreat, & Do-
mini ipsius causa non geratur bellum. Per-III. Dn. Præses d.
l. Confer. spr. n. 44. (2.) Si Vasallus ob propria vulnera
inhabilis sit, ad defendendum Dominum; tunc enim 48.
fugâ sibi prospicere, & deferere Dominum potest. arg.
L. 1. §. pen. de Scro Silanianu. (à servô ad Vasallum) Schrad.
P. 6. C. 6. n. 82. Per-III. Dn. Præses d. l. Dn. Stryk. d. l. (3.) Si, 49.
nisi fugâ, servare se non poscit: nec enim vitam Do-
mini luæ præferre tenetur. arg. L. 5. §. pen. ff. de alend.
& cognosc. lib. (à Liberto ad Vasallum) Per-III. Dn. Præses d. l.
Dn. Stryk. d. l. §. 39.

Necessaria Vasalli fuga non aliter, quam alias 50.
cujusque militis est; igitur me refero ad præcedentia
ubi de fuga militis necessariâ actum.

Coronidis locò, & quasi per transitum, (hæc e-
nîm ad Theologorum Scholas propriè pertinent,) de
fuga militum Christi pauca addam. Totus quippe
Christianismus in Scriptura S. passim vocatur militia,
& Christiani, maximè Ministri Ecclesiæ, milites & ar-
mati vocantur. (Kämpfer und Streiter IESU Christi.)
Unde quoque 2. Feud. 21. distinguitur, inter militem Se-
culi, & militem Christi, ubi per illum Vasallus, per hunc
verò Minister Ecclesiæ intelligitur. De his quæritur
an recte fugiant tempore publicæ persecutionis? (ex-
tra

* (16) *

tra hunc enim casum, eodem cum aliis in Republica jure utantur.) Et respondetur, affirmando, si inge-
52. nere de Christianis sermo est, propter præscriptum Salvatoris nostri. Matth. 10. v. 23. Nec dubito affirma- re, necessariam tunc esse illorum fugam; quoniam verba Christi præceptiva & imperantia, non svadentia sunt. Negatur de Ministro Ecclesiæ & Pastore, v. Dn. Bekm. Præc. mor. p. m. 148. add. Dissert. Dn. Bekm. de jure recip. exul. c. 11. tot. quia hos officii necesitudo lo- co alligat.

CAPUT II. DE FUGA DEBITORUM.

SUMMARIA.

DE debito Justitiae, & unde hoc oriatur. n. 1. 2. 3. de debito fugiente ex necessitate. n. 4. Quando illi non dene- getur salvis Conductus. n. 5. non admittitur ipsi facultas rede- undi ad judicem à quo, licet jam citari curaverit cred. ad judicem ad quem. n. 6. de debitore fug. & malitia. n. 7. 8. de persecutione debitoris fugitiivi. n. 9. 10. 11. de debitore non ap- prehenso. n. 12. de transactione creditorum cum debitore fugitiivo. n. 13. 14. 15. 16. de creditore colludente cum debitore fu- gam præparante. n. 17. de debitore & in creditorum fraudem alienante n. 18. de venditione ad quam venditorum dolo debitoris fugam præparatis inductus est. n. 19. de mutuo ad quod creditor inductus, dolo debitoris fug. parant. n. 20. De eo, qui debitorem incarceratum eximit, & ad fugam instruit. n. 21. 22. de debitore ex carcere elabente. n. 23.

I. **D**ebitum Justitiae ex triplici fonte oriri, inquit Grot. L. 2. c. 1. §. 2. & c. 17. §. 1. Pactione nim- rum, maleficio & Lege. Mihi duo tantum de- bitti

biti *justitiae* videntur fontes. (I.) Quando quis ultra suum, i. e. alienum quid habet, quod sit dupliciter: (1) propriō factō vel dispositione, (2) Dispositione superioris, si nempe Lex vel Judex alteri jus concedit; Nam per hanc æque dispositionem, ac per priorem, si intra legitimæ facultatis fines fiat, jus transfertur. (II.) Quando quis agit ultra fines facultatis suæ, h. e. in alieno. Prout hæc junguntur *in Pos. VII. Ill. Dn. Presidis ad Jus Gent.* tunc enim ipsō factō, etiam invitus, ex ratione æquitatis tenetur læso. *L. s. 1. ad L. Aquil. S. 2. v. Quod si quis.* Ex factō licitō vel Lege debens, *debitor* simpliciter; ex factō illicitō debens, *five restitutio-* ^{2.} *nem, five poenam debeat, (unde penas dare,) delin-*
quens, aut reus dicitur. Carpzov. Pr. Crim. P. 2. Q. 5. 4.
n. s. 1.

Quando igitur dicimus, poenam deberi ei, qui ^{3.} deliquit, id plane ἀξυπὸν esse statuit Grotius; nam cui proprie debetur aliquid, is in alienum jus haber. Nihil aliud autem est, cum pena deberi dicitur, quam æquum esse, ut puniatur. *Grot. L. 2. C. 20. S. 2. n. 2. f.* Idem est, quod Imperator Justinianus in *S. 2. f. de oblig.* tradit. verb. *obligatio oritur vel ex contractu, vel quasi contractu, vel ex maleficio, vel quasi ex maleficio.* Quamvis autem hōc intuitu, de utrōque, & debitore propriē sic dictō, & delinquente, hōc capite agi potuisset, de priore tamen tantum agere placuit; posteriore ad sequens caput remissō.

Debitor fugitus dicitur is, qui propter æs alienum, (tanquam ex causa civili) aufugit. Fugiunt vero debitores, vel alii (1. *Ex necessitate*, i. e. ob paupertatem, quando scilicet ita obærati sunt, ut satisfacere creditoribus suis non possint, five suâ culpâ, five fine eâ, in hanc paupertatem inciderint; metu carce-

C ris,

- ris, aut aliarum afflictionum, quibus decoctores, vel
 s. quilibet obærati affici solent. Sicut autem in dubio,
 qui alias honestæ vitæ & famæ sunt, sine culpâ suâ ad
 paupertatem redacti præsumuntur, Mev. P. 6. D. 286.
 n. 2. ita fugam eorundem, crimen dicere non audeo.
 Hinc & à Magistratu loci, quo confugerunt, salvus
 conductus, si eum petant, denegandus iis non est;
 modo fecerint quod bonam fidem decet. Nimirum,
 ut juxta Policey-Ordnung de ao. 1548. & ao. 1577. tit. 23.
 von verdorbenen Kaufleuten. libros, aliaque instrumen-
 ta, & res secum exportatas deponant, creditores su-
 os sine morâ ad tractandum, vel decisionem citari cu-
 rent, deque judicio fisti caveant. Mev. P. 6. D. 286. Non
 6. tamen hoc ipsô, ipsis redeundi ad judicem à quo, a-
 dempta facultas, licet contra regulam id fieri videat-
 ur: Ubi cœptum judicium, ibi & terminandum; Mev.
 P. 7. D. 72. cessat enim ista hòc casu, ubi ad solius debi-
 toris instantiam judicium hic cœptum est.
 7. Alii ex malitia fugiunt & fraudulenter, animô scil.
 spoliandi Creditores totô creditô, vel magna ejus par-
 te. Multi enim simulantes egestatem, occultatisque
 ut plerumque sit bonis, postea dum fugâ sibi prospe-
 xerunt, indigni hòc beneficiô, securitate per nummos
 impetratâ, creditores suos eo adigunt, ut aliquid po-
 tius, quam nihil accipere malint. Quamvis autem
 8. horum fuga procul-dubio crimen sit, ideoque hi eun-
 dem, quem priores favorem non mereantur, opus
 est, ut antequam securitas debitori fugienti detur, de-
 bita præcedat inquisitio, vid. Mev. P. 6. D. 282.
 9. Possunt vero Creditores, vel etiam unus eorum,
 quamvis alias nemini jus sibi dicere liceat; L. 14. C. de
 Judæis. l. 13. ff. quod met. causa. debitorem tamen fugiti-
 vum ipsum, aut ejus bona, quæ scilicet secum fert,
 pro-

* (19.) *

propriâ auctoritate , si id per judicem non liceat, apprehendere & occupare , sive jam in fugâ, sive de eâ suspectus , & periculum in mora sit. L. 10. §. 16. ff. quæ in fraud. cred. & ib. Gothofr. Cujus intuitu etiam hoc in nundinis solennibus, quæ alias magnæ securitatis sunt. juxta L. 1. c. de nundin. conceditur. Marquard. de Jure Merc. L. 1. c. 13. n. 57. Quod & in rhedis vel navigiis cursoriis, Post-Wagen und Post-Schiffen / obtainere puto, nisi aliud specialiter dispositum sit, ut de Belgio testatur d. Marqv. L. 2. c. 5. n. 102. Et quidem, in specie 10. Jure Lubecensi, quô pleræque Civitates Pomeraniæ utuntur, cum hōc effectu, ut in iis bonis, licet ultimus creditor (apprehendens) sit, omnibus aliis creditoribus præferatur ; sive sint privilegiati , sive expressam hypothecam habeant in iis constitutam. Cui ad stipulari æquitatis rationem , inquit, Mevius ad Jus Lub. P. 3. T. 1. art. 4. n. 3. ut qui effecit, quo res salva es- set, rei fructu ante ceteros, utut alias anteriores potiatur. Nec injuriam inferri creditoribus, quibus, nisi hujus prævenisset vigilantia, evasura res fuisset. Jure Civili alia attenditur distinc^{II.}tiō: An scilicet creditor, bona fugiti vi debitoris, quæ secum abduxerat, occupaverit, antequam omnes creditores in possessionem honorum mitrantur, vel post missionem : Illō casu, cessat in factum a^{et}io; hoc non. d. l. 10. §. 16. quæ in fraud. cred. i. e. illō casu concreditores non possunt agere contra eripientem, ad communicandam pecuniam e-reptam, hōc verò possunt. Brunn ad d. l. 10. n. 23. Si autem intra mœnia unus concreditorum, auctoritate judicis arrestaverit bona debitoris fugiti vi, & in ea immissione impetraverit, nonnisi pignus Prætorium constitutum erit, quod proficit omnibus creditoribus, nemini præjudicat. L. 8. §. 9. qui pot. in pign. vid. Mev. d. l. n. 9. 10.

12. Ipsi debitores fugitivi, si non apprehendantur, nec facta citatione, (quæ in omnibus civilibus causis præcedit condemnationem,) redeant, nec transactionem offerant, bona tamen relinquant, iis cessisse videntur, & creditores concurrentes ea solenniter vendunt. *L. 9. C. de reb. auct. judic. vend. & distr. ut cuivis creditorori, secundum prioritatem quam habet, fieri queat solutio.*
13. Si verò transegerint cum creditoribus suis debitores fugitivi, & remissa ipsis sit debiti pars, queritur, an redeuntibus illis ad meliorem fortunam, Creditores adhuc petere possint remissum? Resp. regulariter contravéniare transactioni, seu pacto suo neminem posse. Naturale enim est, & congruum fidei humanae, quæ inter eos placuerunt servare. *L. 1. pr. ff. d. pacl.* nec datur ad renunciata & remissa regressus. Hinc quotiescumque cum debitore verè inope, (five is sine culpâ suâ in paupertatem inciderit, & ex justâ commiseratione remissionem consecutus sit; five etiam decotior fuerit, modò verè pauper sit, nec dolô agat) transactum est, obstat creditoribus sua transactio. Si verò fraudulentus fuerit debitor, ut scilicet, simulantō summam inopiam, fugâ suâ extorserit transactionem remissionemque à Creditoribus, fraus ista, nec doloso debitori lucrosa, nec decepto creditoris noxia esse debet. *L. 19. C. de transact. l. 65. §. 1. de Cond. indeb. Mev. ad Jus Lub. P. 3. T. 1. Art. 13. n. 3. 4. 5. 6.*
14. Quæritur porro, si debitor fugitivus cum maiore creditorum parte, (quæ ex quantitate debiti, & si hæc æqualis sit, ex numerō demum personarum, aut, si & hic par sit, ex dignitate earundem æstimatur. *L. 8. ff. de pacl. L. ult. C. q. bon. ced.*) absentibus, aut dissidentibus reliquis transegerit, remissionemque aut dilationem impetraverit, an hōc ipso, reliqui creditores,

res, iisdem cum illo conditionibus transigere teneantur? Respond. hic disting. (1.) inter creditores hypothecarios, (ad quos referendi creditores arrestantes; quia lex non distinguit, utrum per pactum, an per judicem aut Legem constituta sit hypotheca. uti hoc asserit contra Berlich. Brunn. ad L. 10. ff. de Pact. n. 11.) & Chirographarios, aut privilegiarios. Illi non obligantur transactione majoris partis; hi obligantur. L. 10. ff. de Pactis. 2. Distinctio. Inter pactum remissorium, 15. & moratorium: Illi hypothecarii non tenentur; hoc utique obligantur. L. ult. C. qui bon. ced. v. h. Mev. ad Jus Lub. L. 3. T. 1. art. 13. & latiss. Brunn. add. L. 10. ff. de Pact. Jure Lubencensi tamen aliud statui, nec obligari factō majoris partis, reliquos concreditores sine distinctione, tradit Mev. all. loc.

Præterea, cum qui aufugiant, meditatione fugae, iis quibus favent creditoribus, gratificari, etiam cum aliorum injuriā stœpe non dubitent, & fraudulenter ob vetus debitum, novam hypothecam, cum alias Chirographarii sint, constituere soleant; non invalidum solū, irritumque propterea fit quod egerunt; per L. 6. §. 8. L. 10. §. 13. L. 22. ff. que in fraud. cred. sed ob participatam fraudem etiam, (id enim præsupponitur, creditorem conscientiū fuisse fraudis debitoris. d. l. 6. §. 8.) post omnes creditores chirographarios rejici, nec, nisi his factā solutione ad bona fugitivi devenire debere, cum Berlich. aliisque statuit Mev. ad Jus Lub. L. 3. T. IV. art. 1. n. 77. Quæ tamen sententia, cum Legibus probata non sit, nec mihi probatur. Si tamen ab initio ipsis fuerit pignus obligatum, licet illud, traditum sibi accipiunt, nec prætextu fugae aut fraudis revocari potest. L. 13. ff. d. 1. & Brunn. add. L. 13. Berlich. Dec. 118. n. 4. Venditio quoque à debitore fugitivo 18.

melli

C 3

gitivo

gitivo in fraudem creditorum facta, non subsistit. Requiritur vero emtorem fraudis & fugae esse conscientem l. 6. §. 8. d. t. Nimis autem generaliter loquitur Mevius all. l. T. 6. art. 1. quod vendita a fugitivis debitoribus tanquam in fraudem cred. alienata, a possidente actione Paulianâ revocare liceat. Necesse enim est, ut vere in fraudem cred. alienata, sint. i. e. animo fraudandi creditores a parte debitoris; & sciente & fraudis consciente emtore. d. l. 6. §. 8. Tunc sc. demum restituta re emtâ, postponitur ratione pretii, quod emtor dedit, omnibus aliis creditoribus, si premium venditori datum, jam consumptum est. Quod si adhuc extet, in bonis residuis debitoris fugitivi, illud vindicare potest; cum hac ratione nemo fraudetur. L. 8. d. t. v. Brunn. ad L. 7. d. t. Neque etiam tunc, re emptâ cedere tenetur, si quidem sciverit venditorem multos habere creditores, sed fraudis & fugae sit ignarus. L. 1. §. 12. ff. si quid in fraud. patron. Brunn. ad. d. L. 7.

Venditio vero, ad quam inductus dolô fugitivi debitoris (i. e. fugam parantis) vendor est, si conditionem ejus ignoraverit, nulla est; & si fide de pretio habitâ, rem emtori tradiderit, dominium translatum non haberur, sed omnibus creditoribus hac in re, si extet, eam vindicans vendor præfertur. Quoniam dolus dans causam contractui b. f. reddit illum ipso Jure nullum. L. 7. pr. ff. d. dolomâlo Carpz. P. 1. C. 28. d. 18. sine contractu autem, traditio non transfert dominium. L. 31. pr. de acq. rerum dom. v. Gail. P. 2. Obs. 15. n. 9. Mev. P. 6. D. 199. seqv. Præsumtio fraudis vero oritur ex brevitate temporis, quod inter contractum & fugam intercedit. Stracha de decoct. P. 3. n. 31. Quantum tamen spatium ad arguendam fraudem requiratur, Jure Communî decisum non est, ideoque judicii relatum. Si biduo aut triduo post contractum fugiat contrahens, illam

* (23.) *

illam fraudem præsumi statuit Stracha d.l.n.30. Jure Lubec. verò certa constitutio est, quod si intra mensis intervallum à tempore venditionis, aufugiat emtor, locus huic beneficio sit. Jus Lub. L. 2. Tit. 6. art. 1. Mev. ad illud d.l.n.15.

Non tamen qui dolô inductus mutuo dedit fugam præparanti, licet pecunia nondum consumpta sit, 20. hōc beneficiō gaudet, d. omnium creditorum, si ultimus, & nulla hypotheca ipsi constituta sit, ratione cuius præferri nudis chirographariis posfit, ultimus manet. Ratio in eo est: quoniam mutuum est contractus stricti juris; dolus autem dans causam contractui S. J. non reddit illum ipsō jure nullum, ut contractum b. f. L.7.pr. ff. de dolo malo. Si ergo contractus subsistit, & ab initio validus est, mutuo accipiens, verè dominus pecuniae mutuo datæ factus est; & per consequens, credens, vindicare rem, cuius is dominus non est, non potest. Quod in b. f. contractu secus est. n. præc.

Cæterum, si quis debitorem, qui in custodiâ est, 21. eximat, aut ad fugam instruat, tenetur ultra pœnam creditoribus etiam civiliter, ad solutionem debiti, cuius causa fugiens captus erat. L. 3. C. de exact. tribut. & l. fin. C. de operis libert. Custos verò, qui negligenter eum custodivit, arbitrarie punitur. Brunn. ad d.l.3. C. & Mev. 22. ad Jus Lub. P. 4. Tit. XI. art. 3. Nec minus ipse debitor, si ex vinculis elabatur, puniendus est. Fab. ad Cod. L. 9. T. 4. D. 6. &c.

CAPUT III.

DE FUGA DELINQVENTIUM.

SUM-



* (24.) *

SUMMARIA.

Delinquitur vel ex proposito, vel culpa, vel casu. n. 1. Illicitia est delinquentium ex prop. fuga, & quare n. 2. 3. 4. 5. Sive fugiant ob delicta, ultimum supplicium, vel aliam pœnam merentia. n. 6. 7. malitiis delinquentes, asylis non fruuntur. n. 8. Quid de J. Canon. circa asyla obtineat. n. 9. delinquens post delictum fugiens, facit adversus se indicium. n. 10. Quomodo in levioribus delictis. n. 11. quomodo in gravioribus. n. 12. Fuga per se absque administris, ad torturam non facit indicium. n. 13. Quale indicium faciat, arbitrio judicis relinquitur. n. 14. an sufficiens indicium ad torturam pariat, si reus ex vinculis evaserit. n. 15. de fugientibus ex carcere. n. 16. De pœna carcerum custodum, ubi reus elapsus. n. 17. 18. 19. 20. Triplex delinquens sortitur forum, forum tamen loci delicti, fugæ suæ non declinet, & quare. n. 21. 22. De remissione reorum. n. 23. 24. 25. Reus capitalis criminis absens, J. Comm. condemnari nequit. n. 26. ob contumaciam ultra relegationem non potest condemnari. n. 27. tamen manifesto criminis pœna ordinaria quoque dictari potest. n. 28. De Banno. n. 29. 30. De socio fugitiivi, consiente, an ordinaria pœna afficiendus. n. 31. 32. 33. 34. de salvo conductu. n. 35. 36. 37. 38. cessat salvo cond. post confess. criminis. n. 39. requiritur ad salvo conductum impetrandum cautio, & qualis sufficiat. n. 40. 41. De fidejusore pro reo interveniente ad quid teneatur. 42. 43. 44. de foro deprehensionis. n. 45. 46. de licita delinquentium fuga. n. 47. 48. innocentiam suam tenetur probare innocentiam. n. 49. Interim adversus cum ordinario modo proceditur. n. 50. licita ad Principem delinquentium fuga. n. 51.

Aggredior nunc alteram speciem debitorum, nempe delinquentium. Delinquitur autem, vel ex proposito & dolô, vel per culpam, vel plane casu fortuitô, (licet hoc impropriè delictum vocetur.) Illicita plane

ne, licet frequentissima sit, est delinquentium ex dolo
& proposito, fuga. Non enim aliud aufugiendo agunt,
quam, ut executionem justitiae, in terra infirmitatis
tardent, aut etiam evitent, æternam Dei justitiam, se-
veriorem in die extremi judicii experturi. Nec ha-
bent qui delinquunt, ut de injuria conquerantur, dum
poena ab iis depositur, quam vel Deus ipse immediate,
vel mediate per Magistratum statuit. Multum quippe
interest Reipubl. ut delicta non maneant impunita ; &
hi, optimè deLL severitate edocti, injustè pœnâ subire de-
trecent, dum in delictum confondere. Tenetur insu-
per unusquisque, maximè qui Christo nomen dedit, in
id cooperari, ut justitiae, & gravissimæ iræ Divinæ, tem-
porali pœnâ, & verasimul penitentiâ fiat satis. Nec 5.
etiam sibi persuadeat quisquam delinquentium, se fugâ
stia illudere tantum hominis judicio; Illudit ipsi summo
Deo, qui omnis judicij & justitiae in terris autor est. U-
ti ex exemplo Achani, & passim ex sacris Literis con-
stat. v. h. Dn. Bekm. in Præc. mor. c. 17. p. m. 89.

Distingui verò hic non potest inter delicta ulti-
mum supplicium, & aliam minorem pœnam prome-
rentia: Quamvis enim quod ad illa attinet, fuga licita
videatur; utpote de quibus si præterita sint, non futu-
ra L. 27. S. 3. & 4. de paſt. (excepto in tantum adulterio)
pacifcileat, L. 18. C. de transact. L. f. ff. de prævar. (An ve-
rò ejusmodi pactum conscientiam reddat quietam alia
quæſtio eft.) ira: ut reus pro cenfesso non habeatur,
nec puniatur; (licet ab alio accusari, & ex officio pu-
niri possit arg. L. 5. S. f. ad L. Jul. devi publ. Carpz. P. 4. C.
13. D. 10. & P. 3. Qu. 148. n. 2. 33.) cum ignoscendum fit
illi, qui sanguinem suum, qualiter qualiter redemptum vo-
luit. Non tamen idem ad fugâ applicari potest; nec enim
fugienti ignoscitur delinquenti, aut fugâ sanguinem su-

8. *un redimit, cum adversus eum, & in loco delicti, & domicilii, & ubivis ubi deprehenditur, criminaliter procedarur. (uti hæc infra plur.)* Hinc quoque fit, ut malitiosi delinquentes, ute potest latrones, homicidæ, & raptores, asylis non fruantur. *Nov. 57. C. 7.* Qui tempore Judæorum Reipubl. jamjam, ex ipsius Legis Divinæ præscripto, & Regis Salomonis, Jojadæque Pontificis exemplo, ab ipsâ arâ poterant abstrahi & occidi. v. *Ex. 21. v. 14. Deut. 19. v. 11. seqq. 1. Reg. 2. v. 28. 31. 2. Reg. 11. v. 15.*
9. *seqq. De Jure Canonico tamen exceptis latronibus, & nocturnis agrorum depopulatoribus; viarumque obfessoribus, C. 6. X. de immunit. Eccles. item iis, qui in ipsis Ecclesiis, aut cœmeteriis deliquerunt; c. ult. d. t. confugientem ex delinquentibus ad Eccleiam, aut domum Episcopi, aut ad Ecclesiæ circuitum, intra 30. passus ab ostio, (quod spatium, Ecclesiæ reverentiâ, defendisacri canones voluerint. *Caus. id constitutimus, 17. qv. 4.*) inde extrahere aut abripere nemo potest, nisi præstâ quo ad pœnam sanguinis immunitate. C. pen. X. d. t. v. lat. Ziegler. ad *Lancell. L. 2. T. 20. §. 6. ad 9. incl.* Sed iniquitatem hanc Juris Canonici, legi Divinæ morali de occidendo homicidâ, directò contrariari, cum per se pateat, non est, ut multis verbis adhuc eam accusem. add Grot. J. B. & P. *L. 1. C. 2. §. 16. n. 6. Lib. 2. c. 20. §. 25. seqq. C. 6. 21. §. f. n. 1.**
10. *Si delinquens post delictum commissum abiit, facit adversus se, fugâ suâ indicium. pr. art. 25. Const. Crimin. Carol. §. ult.* Hinc dicitur, quod fugiens se ipsum accusest; *Nov. 53. c. 4. §. igitur.* & fugitivus damnato comparetur. *tot. tit. C. de fugit.* Et quidem, quod delicta leviora, mulctâ quâdam, aut aliâ infra corporis supplicium pœnâ, expienda concernit, dubium non est, quin fugitivus, si factâ citatione non compareat, pro confessio haberi, & condemnari posit. In delictis tamen graviori-
11. *Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt*
urn:nbn:de:gbv:3:1-749760-p0030-5
- DFG

oribus, quorum poena ultimum supplicium est, quid fuga operetur, altioris indaginis est. Quod ad inquisitionem sufficiat, & presumatur reus, ex conscientia criminis fugisse, apertissimum est. v. *Danhaud. c. 10. n. 9.* Stephan. *ad d. art. 25. Conf. Cr. n. 8.* Ad torturam, verò per se, absq; ullis administrulis, indicium regulariter non facit: *art. 27. d. Ord. Cr.* Cum & abire de loco, & aufugere quis possit licet innocens sit & minime criminis reg, ex aliâ nempe causa; utpote justâ accusationis metu, vel inquisitionis institutæ aut futuræ, aut si ab aliis audiverit imminere sibi periculum vinculorum, aut etiam, si extimescat saevitiam judicis, aut potentiam inimicorum, aut falsos testes Zanger *in tract. de quest. & tort. c. 2. n. 87.* Non enim tam fuga inspicienda, quam animus fugientis. *L. 17. §. 3. ff. de Editio. Cœterum, cum alias materia indiciorum, arbitria sit, quale fuga indicium pariat, arbitrio jadicis, pro ratione circumstantiarum & personæ delinquentis, relinquendum. d. art. 27. Carpz. P. 3. Q. 120. n. 63. seqq.* Sufficiens quoque & Idoneum ad torturam argumentum, tunc fugam facere, si reus in vincula jam conjectus, effractio carcere aufugiat, videtur Menoch. *L. 1. de Praesunt. præf. 89. n. 42. seqq. Mascard. de Probat. Vol. 2. concl. 820. n. 16.* Zanger. *d. c. n. 94. 95.* ubi etiam sufficere ait, si absque effractione reus fugisset: hoc tamen, nisi eâ ratione nititur, quod non facilè vinciantur reus, nisi jam aliqua adversus eum sint indicia. Carpz. *Pr. Crim. Q. 111. n. 34.* simpliciter defendere non audeo.

Alias distinguitur circa fugientes ex carcere, inter effractores violentos, & qui per negligentiam custodum evaserunt, in *L. 1. pr. ff. de effract.* Ab illis ultimum supplicium sumendum: (Quod tamen de quibusvis delinquentibus incarcерatis, non accipendum,

* (28.) *

communiter statuunt DD, cum arbitriarie, aut etiam fustigatione puniantur; sed de iis saltē, qui propter delictum, quod mortis poenam meretur incarcerati sunt: modo tamen confessio criminis, quæ vel ob solam effractionem, ceu sufficiens indicium ad torturam. v. n. præced. questione extorquenda est, accedat. v. b. l. 13. ff. de custod. reorum. Carpz. d. l.) Hic scil. qui per negligentiam custodium elapsi sunt, mitius puniuntur. l. 1. ff. de effract. & expilat. Etiam tunc violenti effractores, si animum habent redeundi. d. l. 13. de cust. reorum.

17. Incidit hic quæstio, an, & quâ poenâ afficiendi sint carcerum custodes, si reus incarceratedus elabatur? Et Resp. distingvendum esse (1.) inter *dolum* custodium, & si corrupti, consci fugæ incarceratedi eam non impediverint. l. 8. ff. de cust. reorum. l. 12. eod. Atque hi, de *Jure Civili Rom.* (modò de dolo convicti sint) eadēm poenâ, quâ delinquens erat afficiendus, puniendi sunt. l. 4. C. de custod. reorum, verb. Nam ipsum volumus hujusmodi paenâ consumi, cui obnoxius docebitur, qui fugerit. necessariò igitur requiritur, ut & reus convictus sit, & confessus crimen, nec nuda ejus incusatio sufficit. (2.)
18. Et inter negligentiam aut *culpam*, quâ fugam non impeditur, quam diligentes, impedire facile potuissent. Hoc casu poena custodium est arbitraria, pro modò culpæ, quam admiserunt. uti patet ex l. 8. l. 12. & l. ult. ff. d. t. Per Constitutionem tamen Carolin Crim. art. 180. in pr. quoad dolum commentariensium, non idem, quod l. 4. C. d. t. statutum videtur; sed id saltē decisum in d. art. multi volunt, ut illi demum custodes, qui opem & auxilium, carcerem frangendo reo fugienti præstant, eadēm poenâ teneantur, quâ incarceratedi digni judicati fuissent. verb. art. Wann ein Hüter der peinlichen Gefängniss/ einem der peinliche Straffe ver- wirdet/

* (29.) *

wircket / ausihilft / der hat dieselbe peinliche Straffe / an statt des Ubelthäters / den er also ausgelassen / verwircket.
 Dolus vero alias & quaelibet culpa arbitrarie saltem, 20.
 & nonnisi dolus, poenâ corporali fustigationis punitur. d. art. 180. v. lat. Carpz. P. 3. Qv. III. à num. 99. ad f.
 Porro, cum triplex qui delinquit, tortiatur forum, (1. 21.
 in loco domicili, ut quod generale est, (2. Ubi delin-
 quit, sive inchoatum ibi, sive jam consummatum de-
 lictum sit. l. i. C. ubi de crim. agi oport. Struv. Ex. 9. Th. 45.
 Brunn. add. l. i. C. n. 12. ad n. 19. licet dissentiat Carpzov.
 Pr. Crim. qv. 110. n. 16. seqq. qui consummati delicti locum
 forum rei existimat. (3. Ubi deprehenditur, licet ibi
 nec domicilium habeat, nec deliquerit: d. l. i. C. notan-
 dum est, fugâ suâ forum loci delicti minime declinare
 fugientem, sed adhuc adversus eum processum crimi-
 nalem institui posse. t. tit. C. ubi de crim. l. 3. pr. ff. de re mi-
 lit. Hahn. ad Wesenb. tit. de judic. n. 16. Carpz. d. qu. 110.
 n. 45. seqq. Cujus ratio est, (1.) Quoniam nullum alias 22.
 locus delicti haberet privilegium, cum ubivis reus pos-
 sit conveniri ubi deprehenditur. d. l. i. C. (2.) Quia du-
 rum esset, læsum & injuriam passum, maximis sum-
 tibus alibi ut litiget, compelli. Nov. 69. c. 1. §. 1. (3.)
 Quia alias facillimum esset pessimo cuique, fugâ alte-
 riuss jurisdictionem illudere. Fab. ad Cod. L. 3. tit. 14. D.
 1. n. 2. Et hoc, quod ad Jus Civile Roman. attinet, in- 23.
 dubium est, cum hōc jure, reus, à quovis iudice, sive
 domicili, sive apprehensionis postulatus, judici loci de-
 licti remittendus sit. l. 3. ff. de re milit. l. 28. §. 15. ff. de
 pan. l. 7. §. 4. l. fin. ff. de accusat. Nov. 69. c. 1. Nov. 134. C. 4. 5.
 Moribus tamen hodiernis, necessitatibus non est, delin- 24.
 quentium, qui aufugerunt, ad locum delicti remissio;
 quoniam hodie, non ut olim, jurisdictione in toto Rom.
 Imperio, sub uno capite est. Mev. P. 7. D. 86. num. 12. est

* (30.) *

tamen civilitatis. Gail. i. de pac. publ. c. 17. n. 30. Hinc fit s̄episimè, ut iudex domicili vel deprehensionis legitime requisitus, datis sc. reversalibus, reum ad judicem loci, ubi delictum commissum est, remittat, imo ex pactō nonnunquam teneatur. v. Carpz. d. qu. 110. n.

25. 54. ad 57. Si tamen in loco delicti commisi⁹ deprehens⁹ fuerit reus, formata adversus eum inquisitio, & sententia jam lata, atque tunc reus primum aufgerit, ne lata sententia eludatur, ipsum Jus Gent. remissionem postulare videtur, & necessariam tunc esse statuunt DD. Mev. P. 9. D. 109. Carpz. d. l. n. 63. Hahn. tit. de iud. p. m. 290. col. 2. in med.

26. Condemnari verò reus capitalis criminis J. Communi, exceptō criminē læse Majestatis, ad poenam corporalem absens non potest. L. 5. pr. ff. de pœn. l. 6. C. de accusat. l. 1. ff. de requir. reis. Sed tantum edictis publicis, aut aliō solenni modō citatur. d. l. 1. Interim statim à tempore fugæ, bona ejus annotantur; atque ne ex iis aliquid pereat, obsignari, vel si servari nequeunt, distrahi debent. Et quidem si intra annum, à quo annotatio facta est, reus se purgaverit, bona omnia reversus recipit, aut mortuus, ad heredes transmittit; Si autem anno elapsō nondum venerit, aut se purgaverit, bona fisco, sive civitati irrevocabiliter cedunt. l. 1. in f. d. t. l. 1. 2. & 4. C. eod. Si verò ob contumaciam condemnatur, (modō constet de corpore delicti, sine quo in criminalibus nulla sit condemnatio, nec etiam specialis inquisitio instituitur. l. 1. ff. ad Sc. Syllan. Ord. Crim. art. 5.) ultra relegationem, poenam se extende-

27. 28. re non potest. d. l. 5. ff. de pœn. In manifesto tamen criminē & notoriō, vel si jam convictus per testes ante fugam sit reus, poenam ordinariam quoque dictari posse extra dubium est. Goth. add. l. 5. de pœn.

Aliqui-

Aliquibus in locis Germaniae, ad BANNUM proceditur, contra delinquentem fugitivum; (Er wird in die Mordacht erflâret) teste ipso IMPERATORE CAROLÔ V. art. 1555. *Const. Crim. Confer. Mev. ad Jus Lub. P. 4. T. 2. art. II. n. 24. 25. Ubi n. 19. seqq. it. T. 17. art. I. n. 13. seqq.* formam hujus processus, & effectus de *Jure LUBECENS* explicat. Quid de *Jure SAXONICO* obtineat, tradit Carpz. *Pr. Cr. Qu. 140. per. tot.* In Pomerania nostra, nunquam eiusmodi processum banni institutum vidi, quamvis multis capitalis criminis reos, partim ex ipso carcere vel custodiâ effugisse recorder.

Et hæc de pena ipsius fugitivi. Alia quæstio est 31. An *socius* fugitivi, si delictum confiteatur, non obstante confocii fugâ, puniri ordinariâ illius delicti possit pœnâ? Dittingvendum hic mihi videtur; inter delicta, quæ si ne sociô perpetrari possunt, & quæ non possunt. In illis, uti pleraque sunt, v. g. homicidium, fartum, &c. fugâ socii nihil confert ad mitigandam confitenti pœnam ordinariam. In his verò, qualia sunt pleraque delicta carnis, v. g. adulterium, incestus; fuga confocii regulariter à pœnâ ordinariâ, (modo illa sit *ultimi supplcii*, utpote ad quam dictandam majori providentia & certitudine opus est,) liberat confitentem. Hartm. Pistor. *Obs. 34. per tot.* Quoniam hic nonnisi utriusque partis confessione, de corpore delicti, (sine quo nulla condemnatio,) plene constat. *Id. Obs. 33. n. 22. Carpz. Qu. 60. n. 35. & Qu. 72. n. 52.* Igitur, si aliò modô de corpore delicti 32. judex, per indicia indubitate satis certus sit; v. g. si adulteram fugitivam aut, incestuosam gravidam, & in ipso concubitu deprehensam fuisse; maritum verò fugitivæ convenienti casu, longius absfuisse, per testes probetur, cumque his indiciis confessio rei concurrat, quin ab eo, etiam si confessio alterius partis non adsit, ultimum su-
mi

*** (32) ***

mi supplicinm posset, nullus dubito. cum Carpz. Petr.
Qu. 60. n. 18. 19. 20. 21. 22.

34. Aliud quidem statuit Carpz. d. n. 39. seqq. de confes-
sione in tortura; eamque licet socius in fuga sit, suffice-
re ad pœnam mortis reo infligendam: Sed hoc tantum,
quod ipse non negat, de *Jure SAXONICO*. De Commu-
ni enim jure, confessioni in tortura factæ, intuitu ipsius
confitentis peculiaris quedam vis non est, L. 1. §. 23. &
27. ff. de *questione*. Ut quæ æque fragilis, & ob tor-
menta periculosior est. d. §. 23. Zanger de *Quest. seu tor-*
tur. reorum C. 5. n. 23. 24. H. Pift. d. l. n. 18. 19. seqq.

35. Accidit plerumque, ut fugitivus reus, multoties
citat⁹, metu carceris non compareat, nisi impetratō
prius salvō conduct⁹; Quem quilibet Magistratus,
(qui anon gratiæ, sed justitiæ est,) in atrocissimis etiam
delictis, (cum in his non minus, quam levioribus pro-
movenda sit justitia) concedere poteſt; Carpz. Pr. Crim.
qv. 112. n. 28. n. 30. seqq. eō effectu, ut usque ad sententi-
am criminalem, (bis etwas Peinliches erkand wird) re-
us à carcere tutus sit. Sententiā itaque ejusmodi pu-
blicat⁹ cessat salvus conduct⁹, & cautio à reo præsti-
ta relaxatur; reus denuò incarceratur, & adversus ip-

36. sum secundum sententiam latam proceditur. Quid
si autem reus appellare velit, aut restitutionem petere
contra sententiam, durat ne & tunc post inter positam
appellationem salvus conduct⁹? Distinguithic Carpz.
Qu. 139. n. 4. inter processū inquisitorium summarium,
& accusatorium ordinarium; in illō plane appellatio-
nem denegat, in hōc verò concedit: Et Durat tunc
salvus cond. post sententiam, Appellatio enim judica-
tum suspendit, l. 1. §. ult. ff. ad sc̄. Turpill. l. 32. C. de transact. & impedit aliquid innovari. l. 7. ff. nihil nov. appell. interp. Quemadmodum idem & in Pomeraria nostra, hac-
nus

33.

nus juris fuit. pr. §. 15. H. H. Ordnung. tit. wie in Fisca-
lischen Processen zu verfahren verb. würde Er aber restitu-
tionem in integrum suchen/ und process erhalten/ so hat Er
immittelst des sichern geleits zu geniesen. Quod tamen
per speciale Rescriptum Regium d. 14. April. 1693. mu-
tatum est. verb. diesem nach erklären wir uns dahin/ daß
angezogner 15. §. der Hoffgerichts Ordnung/ keinen andern
Verstand haben könne/ noch solle/ als : Daß wenn gleich
restitution in integrum gesuchet/ und process ertheilet/ den-
noch aber der richter sehen würde/ daß das delictum capital
sei/ der salvus Conductus cessire. und in der Sache gehöhrig/
und nach anleitung der eingehohltten Urtel verfahren wer-
den müsse. Wernach Ihr auch also in diesem und ins künff-
tige in dergleichen fällen gehohrsamst zu achten.

In super per se patet, cessare effectum salvi con-
ductus, si reus confiteatur crimen; tunc enim in vin-
cula conjici, & puniri potest, cum in confessum judicis
partes aliae non sint, quam ut condemnent. L. 25. ff. ad
L. Aquil. servatō tamen præscriptō L. 1. §. 17. ff. de quest.

Requiritur autem ad obtinendum salv. condu-
ctum, à reō fugitivō, ut cautionem præstet. Carpz. Qv.
112. n. 103. seqq. H. H. Ordnung. d. t. §. 17. verb. præviā suffi-
cientē cautione. Hæc regulariter fidejussoribus vel pi-
gnoribus præstanta est: sed an & juratoria admitten-
da sit queritur? Carpz. d. l. n. 104. & B. Brunn. Proc. Crim.
C. 8. m. 6. n. 23. negant in criminibus atrocioribus: Mihi
tamen secus videtur, posítō sc. casu quod reus fugitivus
fidejussoriam aut pignoratiriam cautionem præstare
se non posse, adhibitā omni diligentia, simūl juraverit.
Ratio est, (1.) quia præstat aliqualem habere hōc modō 41.
promovendā justitiā spem, quam planē nullam. (2.)
Posset reus esse innocens, quem non admissa illā quam
præstare potest cautione, prorsus à defensione exclu-
dere

42. dere nimis rigidum foret. Si fidejussoria igitur sit cautio, fidejussor tenetur reum sistere, aut poenam pecuniariam, amissione pecuniae, loco cautionis oblatae, præstare. Ad corporalem enim nec obligare se fidejussor potest, & si fecerit, corporaliter tamen puniri nequit; cum poena suos persequi debeant autores. l. 22. c. de panis & nemo suorum membrorum sit dominus. l. 13. ff. ad L. April. pundiā l. 1. ff. de his qui mort. sibi consiv.
43. Quemadmodum reus salvum habens conductum, in termino personaliter comparere, & de J. Communi, & de Pomeranico H. H. Ordinung. d. S. 15. tenetur; ita, si in ultimō termino ad sententiam definitivam, torturam aut poenam dictantem se non sistat, ipse aut fidejussor pecuniariam cautionis solvere deberet. Nihilominus tamen adversus eum procedi criminaliter, si adhuc se subtrahat, ad sententiam Banni, vel proscriptionis potest: cum haec amissio pignoris respiciat tantum contumaciam rei, non expiationem delicti, quod impunitum manere non debet. L. 51. ff. ad L. Aquil. l. 81. S. 1. de judic. l. 4 ff. de nax. act. Fidejussores quoque, qui reum semel in judicio sistunt, si effraetō carcere, vel alterius postea fugiat, ad ulteriorem poenam non tenentur. vid. Carpz. d. Qv. 112. in f
44. Si delinquens non compareat in loco delicti commissi, sed in fugâ permanferit, ubique ubi reperitur, puniri potest; (quod forum dicitur deprehensionis.) nec minus in loco domicilii. utispr. n. 21. Condemnatio tamen ejus fieri debet, secundum jura & statuta loci delicti. Carpz. Qv. 54 n. 50. ibique all. aut. Sicut etiam contrahentes obligantur juxta statuta loci contractus, ita delinquentes quoque secundum jura loci, in quo delinquunt: æque nimis delinquendō quis obligatur, ac contrahendō, l. 20 ff. de pan. tut. t. ff. de oblig. quæ ex delicto nascit.

* (35.) *

nasc. Et quando dicitur; delinquentem forum sortiri in loco domicilii, & ubi reperitur, intelligendum illud de modō procedendi in ipsis locis conservetō, non de pœnā, quam ipso momentō, quo delinquitur, reus incurrit. Atque hinc locus delicti in criminibus puniendis, reliquis potentior. Farin. in *Prax. Crim. L. 2. T. 1. qv 7. n. 1.*

Licita fuga dici potest innocentis, (qui tamen proximo & delinquentे habetur,) & qui non ex conscientiâ delicti, sed metu carceris, aut inquisitionis abit. *arg. L. 25. ff. ad SC. Syllan.* Nemo enim periculo se expondere tenetur. *arg. L 7. ff. ad SC. Treb.* & fatuus videatur, qui ex carcere causam dicere, suamque innocentiam probare mallet. *Zang. c. 2. de quest. n. 87. Cothm. Vol. I. repb. 12. n. 190. seqq.* Hinc nec fuga sola, sine aliis *47.* adminiculis gravat fugientem ad torturam usque, v. *supr. n. 13. it. Gail. L. 2. O. 109. n. 6. 7. 8. Carpz. Qo. 120. n. 64. ad 68.* Imò gaudent de jure fugitiui innocentes a-sylis. *Exc. 21. v. 13. Num. 35. n. 11. 12. Deut. 19. v. 11. Grot. I. 2. c. 21. § 5. Dn. Beckm. Confsp. Doctr. moral. c. 17. f.* *Te-* netur verò fugitivus innocens docere suam innocentiam, & probare: de quâ probatione vid. *Carpz. qv. 115. per tot.* Interim adversus eum, quamdiu de ipsius *48.* innocentia judici non constat, eodem modō, quo ad- versus nocentem agitur, procedendum, dum quis *50.* nocens, quis innocens sit, causâ demum cognitâ con- stat. Licita quoque delinquentium fuga dicitur, quando ad superiorem (i. e. Principem) configiunt. Ratio *51.* quia fuga ad Principem habet vim appellationis. *arg. L. 26. ff. ex quibus cauf. maj. Wesenb. in parat. n. 4. ff. de custod. & exhibit. reorum. Zang. C. 2. de quest. & tort. num. 95. &c.*

* (36.) *

CAPUT IV.

DE FUGA SERVORUM.

SUMMARIA.

SErorum nomen est generale. n. 1. de jure dominorum, imprimis Roman. in servos antiquos. n. 2. 3. 4. De asylis servorum. n. 5. 6. alia est hodie servorum conditio, quam quæ olim fuit. 7. 8. de illicita servorum fuga, & quid circa eam juris. n. 9. 10. 11. 12. 13. 14. de receptatoribus servorum fugitivo. n. 15. de solutione facta famulo fugitivo. n. 16. de licita famulorum fuga. n. 17. 18. 19. 20. 21. Receptatores servorum ex justa causa fugientium, à pena sunt immunes. n. 22. De propriis hominibus, s. rusticis. n. 23. 24. de eorum conditione in Pomerania, & locis septentrionalibus. n. 25. 26. de illicita illorum fuga. n. 27. dupliciter rusticus fugit: quoad modum adversus eos procedendi, considerandi sunt, & quid in utroque respectu juris. n. 28. 29. 30. 31. 32. rei vindicationem adversus fugitivum rusticum intentans, ad quid teneatur. n. 33. 34. 35. 36. 37. Alio jure utitur, qui cond. ex L. 14. C. de agric. instituit. 38. 39. 40. 41. Quando vindicatus statim absque cause cognitione remitti ad locum unde aufugit debeat. n. 42. ad quid teneatur post fugam proprii hominis, illum restituire condemnatus n. 43. 44. an fugitivus, & quantò tempore prescribatur n. 45. de licita proprietatum hominum fuga. n. 46. 47.

1. **S**Erorum nomen h. l. est generale, & includit tam servos antiquos Romanorum, quam hodiernos famulos, & rusticos, sive proprios homines. Item ancillas. Quorum varia jura intuitu fugæ, quâ fieri potest brevitate exponam.
2. De servis antiquis Roman. hæc dixisse sufficiat; quod competenter quondam in servos, maximè Romanorum

* (37) *

norum, dominis jus vitæ & necis. §. i. *Inst. de his qui sui vel alien. jur.* (Apud omnes enim gentes summum illud jus in usu non fuisse testantur historiæ v. Bodin. i. de Republ. s. Grot. de t. B. & P. L. 3. C. 4.) Tempore tamen Justiniani, & Civilii jure nemini licebat sine causâ³ in Legibus cognitâ in servos suos fævire. §. 2. J. d. t. sed erat ea tantum justa causa servum occidendi, si dominus eum in facinore deprehenderet, in quô quilibet liber homo deprehensus, poterat, occidi. Quo pertinet l. 24. ff. ad L. *Jul. de adult.* quæ permittit domino servum in adulterio uxoris suæ deprehensum occidere. Idem Juris in servô latrone. l. 4. pr. ad L. *Aquiliam.* Ex aliâ⁴ 4. igitur causâ leviore si servus occidebatur, tenebatur dominus L. *Corn. de sicariis.* d. §. 2. J. Modica tamen castigatio dominis permittebatur. l. un. C. de emend. serv. in quâ excedere, & nimium in servos fævire non licebat. Si autem excedebarunt, configurare servi ob fævitiam dominorum poterant vel ad ædam sacram, vel ad statuam Principis; & tunc causâ cognitâ si vel durius quam æqvum esset, vel infami injuriâ affectos esse constabat, auxilium ipsis, contra fævitiam vel famem, vel intolerabilem injuriam non denegabatur, sed cogebantur domini, bonis conditionibus ipsos vendere d. §. 2. J. & L. C. §. 5. C. de iis qui ad Eccl. Approbabatur igitur tunc illorum fuga & licita erat. Non tamen semper profuit ipsis hâc fuga; si enim ex malitiâ eo configiebant, puniebantur. L. 28. §. ff. de pén. Zœf. ad h. tit. Nec minus, si armati in Ecclesiam se proriebant, indigni hâc immunitate Ecclesiæ judicabantur, dominoque restituebantur. l. 4. C. de his qui ad Eccl. conf. Quoniam immunitate loci, non vero armis fidere debebant. Et iniqvum est religione loci tutos esse illos, qui in armis præsidium collocant. B. Brunn. ad d. l. 4. Cod. Ergo &

* (38.) *

tunc *illicita* erat illorum fuga. Sufficiat hoc de servis antiquis.

7. Servitute hâc antiquâ, hodié inter Christianos, maximam partem antiquatâ. Gail. *de pign. Ob. 8. n. 1.* nisi fortasse adversus Turcas, & Saracenos, Tartaros, aliquosque ethnicos, jure thalionicis hâc juris Gentium facultate utamur, Husan. *tr. de prop. hom. c. 1. n. 44.* in ejus locum successit conditio *famulorum propriorumque hominum*, qui etiam communititer servorum nomine veniunt. Illi quidem servi non sunt, sed manent liberi homines, qui certis conditionibus servitia sua locant, præstantque. Horum *famulorum* principalis obligatio inter alia hâc est; Ut præstent operas promissas ad tempus conventum. Igitur si sine iustâ causâ, ex malitia aufugiant, & ante tempus locationis finitum discedant, *illicitè* fugiunt; Et tenentur (1.) ad solutionem interesse. Quod vel majus vel minus esse potest præteriti temporis mercede, als der schon verdiente Lohn; Nam in hujus interesse deductionem, veniunt non modò operæ quibus caruit Dominus, sed ea quoque damna, & lucra cessantia, quibus fuga servi causam dedit. *arg. l. 3. ff. si quad. paup. sec.* Quæ omnia dominus juramento in litem æstimare potest, ut hinc operesâ probatione non sit opus. Mev. *ad Jus Lubec L. 3. T. 8. Act. 5. n. 11. 12.* Statuunt quidem communiter DD. inter quos Carpz. P. 2. C. 51. D. 13. Mev. *d. l. n. 8.* hōc casu præter præstationem interesse famulum quoque amittere mercedem præteriti temporis, quod & in Praxi videtur receptum, Juri Comm. tamen ob silentium legis minus congruum. Adeoque præteriti temporis merces in computatione interesse meritò deducenda est. (2.) Pro futurō tempore, quo servire debebant, procul dubio, nullum ipsis debetur salarium, &

fi

si solutum sit, justè repetitur. l. 15. §. 6. ff. locati cond. (3.)
 Persequi potest illos dominus, & propriâ autoritate ca- 12.
 pere, cum eô jure, & privilegiis, quæ alias jure Com-
 muni servorum persecutioni indulta sunt. Inter quæ
 insigne imprimis est, quod Magistratus domino per-
 mittere teneatur, inquirere fugitivum in ædibus alien-
 is. l. 2. C. deserv. fugit. l. 1. §. 2. l. 3. ff. eod. Imò ipsum ad
 juvare. Mev. P. 3. D. 247. n. 1. 2. (4.) Si illorum copiaha- 13.
 beri potest, cogendi sunt, ut per totidem dies quibus
 absfuerunt, adhuc post finitum locationis tempus servi-
 ant. L. 14. §. 1. ff. de stat. lib. (5.) Quod si res domini 14.
 quædam amissæ sint, quas ipsum habuisse constat, fa-
 mulus fugitus, alias suspectus & sui ipsius furtum fa-
 ciens, eas abstulisse præsumitur, & facit adverius se
 indicium ad torturam. Mev. ad Jus. Lub. L. 3. T. 8. art.
 10. in f.

Videndum quoque de iis, qui servos fugitivos re- 15.
 cipiunt, & celant, aut etiam ad fugam sollicitant. Hi
 verò non minus, quam ipsi servi fures sunt. l. 1. pr. ff.
 de serv. fugii. Quæ Jure Civ. contra eos obtineat poe-
 na patet ex L. 4. C. de serv. fugit. Hodie hæc arbitra-
 ria est Mev. d. l. art. 8. Quid de jure Lubec, circa fugam
 famulorum obtineat, de eo vid. Mev. all. locis.

Est insuper adhuc illud de fugæ famulorum no- 16.
 tantum : Quæritur, an per solutionem factam famulo,
 sive ministro creditoris fugitivo, liberetur debitor ? &
 resp. negando. arg. L. 38. §. 1. de solut. Nisi famulus
 mandatum aut etiam Chirographum vel apocham do-
 mini sui ostenderit ; licet Chirographum aut apocham
 illi surripuisse. Rat. est hæc ; quia is, qui hujusmodi
 instrumenta in manibus habet, justâ ratione pro man-
 datario habetur. Mev. P. s. D. 175. n. 6. Adeoque h. c.
 solvens famulo fugitivo liberatur. Brunn. & DD. ad L.
 fol.

20. *S. f. Commod. l. 7. C. mand. Struv. J. P. F. L. 3. T. 21. S. 5.*
 17. Licita famulorum fuga tunc dicitur, quando ex
 justâ causâ, veluti ob iniquam domini duritiem autu-
 giunt; (utpote quæ illum ipsis quoque privat manci-
 piis, in quæ jure potestatis & servitutis amplius licet.
L. 2. ff. de his qui sunt sui l. al. jur. Gail. 1. Obs. VI. per. tot.)
18. Et quidem in tantum, ut ex opinione Mevijad jus. Lu-
 bec. *L. 3. T. 8. Art. 9. n. 11.* non solum evadere, sed eti-
 am pro salariô quod nulla diligentia à dominis percipi
 potuit, res quasdam æquivalentes impune iis furari
 liceat: Quod tamen non satis capio, nisi in verbis: *nul-
 la diligentia*, supponat judicis auxilium jam à servô fu-
 isse imploratum, & fortasse ob potentiam domini de-
 negatum. Ob id enim judiciorum vigor constitutus,
19. ne quis sibi ipsi jus dicat. *L. 14. C de Judeis.* Nimium
 durus autem est dominus, si servis vel nulla, vel non
 sufficientia exhibet alimenta, ad quæ tamen ipsis ob-
 strictus est. *l. 18. l. 21. ff. de oper. libert.* Wann der Herr sei-
 nem Gesinde die Nothdurft an eßen und trinken nicht
20. darreicht. Monet tamen Mev. *d. T. 8. Art. 5. n. 37.* con-
 queri prius de eo famulum apud judicem debere, ubi
 nec delicatus famulus, nec durus dominus audiendus
 est, sed à judice examinandum, & determinandum, quid
 pro necessitate corporis, ad exhibendas operas, satis
 sit. Et si post mandatum, de non ultra sæviendum il-
 lud impetratum non sit, liberum à servitio declarari de-
 bere servum. Famulus autem promissam tunc exi-
 gere mercedem potest, quoniam servire paratus est,
 sed Domini sævitia impeditur. *arg. l. 10. S. 1. ad L. Rhod.*
21. *de iact. Mev. all. loc. n. 39.* Tenetur quoque dominus servo
 ad cautionem de non offendendo, antequam ad officium
 hic redeat, si servus metuat sævitiam vel malam tracta-
 tionem, ejusq; justam causā (ut sunt minæ domini) profe-
 rat.

* (41.) *

rat. Mev. P. 4. D. 19. Receptatores etiam hujusmodi 22.
famulorum ob servitiam aut minas domini fugientium,
ex justâ suâ misericordiâ inculpabiles sunt Mev. ad Jus
Lub. d. T. 8. art. 8.

23.

Devenio nunc ad alteram speciem servorum *proprios nimirum homines*, quorum conditio secundum cu-
jusque loci consuetudinem decernenda venit. uti recte
Struv. J. P. T. L. 1. T. 4. §. 4. Ex jure Rom. enim hoc
fieri nequit, cum nec servis, nec adscriptitiis, nec cen-
sitis Romanorum per omnia æquiparentur. v. Mev. tr.
Von abſordung der Bauren. Qv. 1. n. 5. seqq. & Qv. 2. n. 91.
ad 97. Dicuntur hodierni proprii homines, per ex- 24.
cellentiam rustici: Qui tamen late sic dicti in triplici
sunt differentia. Alii sunt plane ob omnibus servitiis
liberi, & de bonis suis, non nisi opera communia fe-
rnnt, quæ cives etiam subire tenentur. Germ. frey Bau-
ren. Alii non proprios, sed alienos colunt agros, à
servitiis quidem liberi, præstant tamen censum annum, 25.
Germ. Pachtleute. Alii non ad censum solum, sed & ad
servitia sunt obstricti, & agris ita addicti, ut sine domi-
norum venia, decadere non possint. Germ. Leibeigene
Leute. Hi sunt rustici illi, vel proprii homines, de qui-
bus hic agendum. Mev. d. tr. Qv. 2. n. 14. seqq. Condi-
tio illorum in Pomerania, & locis septentrionalibus
hæc est, quod quoad statum quidem sint liberi, unde
& bona propria habere, commercia exercere, sibi ac-
quirere, & testamenta condere possunt: Husan. tr. de
prop. hom. cap. 6. n. 20. seqq. Quoad operas vero sint servi,
& ita prædiis addicti, ut ab iis recedere non possint. v.
Mev. d. tr. Qv. 1. n. 33. seqq. & ad Jus Lubec. L. 1. T. 3. ad rubr.
n. 39. ad n. 51. Struv. Ex. 40. Th. 72. Sunt enim portio 26.
fundii, & ad pertinentia ejus pertinent. Hinc fundo
oppignoratō, & illi oppignorati videntur, & actione
F hypo-

hypothecariâ à tertio possesso peti possunt. Mev. P. 4. D. 24. nisi alii in locum eorum surrogati sint. id. ib. D. 25. qui itidem pignus fiunt. arg. l. 13. & l. 26. §. f. ff. de pign. Hinc fundô cessô omnes rustici cesi videntur, licet omnium in inventariô facta non sit mentio. Mev. P. 8. D. 224. & in d. tr. Qu. 2. n. 78. ad. 91.

27. Illicita igitur illorum est fuga, quoties ex malitia prædium, cum quo quasi cohærent, deserunt. Fursum enim sui faciunt; l. i. C. de serv. freg. l. 6. ff. de furt. Et 28. instar furum censemur. Dupliciter autem, qui aufugerunt proprii homines, quoad modum adversus illos procedendi, considerandi sunt. (1.) Quatenus adhuc sunt vagabundi. (2.) Quatenus post fugam certo loco. commoratione perpetuâ. vel temporali, addicti sunt. Tunc enim pro fugitivis, quoad modum adversus ipsos procedendi ampli⁹ non habentur nedum pro vagabundis. Mev. 29. P. i. d. 253. n. 4. In priori respectu, non solum dominis fugitivos persequenteribus, in ipsos si deperiantur, manus injectio privata licet; l. 10. §. 16. de his quæ in fraud. cred. Sed & adeo favorabilis haec est persecutio, ut judex eam modis omnibus promovere teneatur. L. 6. C. de agric. Hinc, si non constet, ubi latitent fugitivi, à Magistratu literæ patentes requisitoria patentibus dandæ sunt; L. 1. §. 2. de fugit. Mev. P. 2. D. 274. vel per edictum publicum, aut proclamationem à suggestu denunciatio fugitivorum est injungenda. Mev. d. tr. Qu. 4. n. 13. seq. n. 24. 30. seq. In posteriore verò respectu, & dum fugiens rusticus, non amplius in fugâ, sed jam in certô loco, & quasi possessione libertatis est, vel tub alterius potestate commoratur, quia tunc non pro fugitivo, multo minus pro vagabundo habendus, Mev. d. P. 1. D. 253. u. 4. 31. aliter quoque adversus eum proceditur. Non enim (1.) adhuc edictaliter citatur, ut vagabundus; si sc. constet,

(43.)

stet, ubi locorum subsistat, sive domicilium ibi habeat,
sive non : Colerus de Proc. Exec. P. 3. c. 7. n. 25. seq. Sed
debet in personam dirigi citatio. scacc. L. 1. de Judic. caus.
civil. c. 34. n. 7. seq. Gail. P. 1. Obf. 57. n. 1. Nec (2.) adver-
sus eum manus injectio privata amplius competit, sed
rei vindicatio, & quæ hæc longe pingvior est, conditio
ex L. 14. C. de agricol.

32.

Rei vindicationem quippe intentaturus, probabit 33.
ex parte rei, possessionem, ex parte sui verò dominium.
Huic pro fundamento subsistet unam ex istis causis,
quibus proprius homo constituitur. Ut sunt (1.) Con-
tractus verus de quô vid. Mev. d. tr. Q. 2. n. 46. ad n. 65.
(2.) Quasi contractus, v. g. aditio hæreditatis rusticæ. 34.
Husan. C. f. n. 43. Mev. d. tr. Q. 2. n. 74. Item sententia ju-
dicis : Quia hæc habetur pro veritate, & ex albo ni-
grum facit arg. l. 25. ff. de stat. hom. Mev. d. Q. 2. n. 98. ad
n. 103. add. Faber. ad C. L. 7. T. 25. D. 5. (3.) Præscriptio 35.
10. vel. 20. annorum, sive de jure proprietatis inducendō,
sive transferendō agatur : modò adsit b. fides justus tit-
ulus, & absentia vitii realis. Mev. P. 3. D. 223. Si bona
enim fides deest, hodie nunquam ; per c. 5. X. de præ-
script. Si reliqua duo deficiant, 30. annis demum præ-
scribuntur. per L. 3. C. de præsc. 30. vel 40. annorum. Mev. P. 2. D.
101. & in d. tr. Q. 2. n. 134. adn. 143. vid. tamen Mev. P. 4. D.
311. (4.) Nativitas. v. Mev. P. 4. D. 22. Fab. ad Cod. L. 7. T. 36.
r. D. 9. (5.) Matrimonium. Mulier enim meo adscriptio
inhabens, mea fit. Rat. quia uxor sequitur sortem & do-
mum mariti. L. 8. de senator. modò tamen mariti domi-
nus satisfaciat domino uxoris : Mev. d. tr. Q. 2. n. 144. ad
n. 180. aut libera noverit conditionem mariti. Mev. d. l.
n. 147. seqq.

Probatio autem ipsa instituitur vel (1.) Per testes 37.
Mev. d. tr. Q. 2. n. 200. ubi deducit alios istius domini

F 2

adscriptio



adscriptitios habiles etiam hōc casu testes esse ; modò quoad hoc momentum ipsis relaxetur jus jurandum domino præstitum. Imo & ipse vindicandus potest esse testis. Mev. P. 2. D. 6. vel (2.) Per instrumenta. An autem libri Nobilium censuales, (die Erb-Bücher) probent contra rusticos, de eo vid. Carpz. P. 2. C. 4. D. 6. vel (3.) Pet confessionem propriam, quæ tamen non sufficienter probat, nisi alia adminicula concurrant. de quibus eleganter Mev. d. tr. Q. 2. n. 181. ad n. 200.

38. Conditionem ex L. 14. C. de agric. & cens. qui instituit, opus non habet, ut dominium probet ; hoc remedium enim ei datur, qui bonæ fidei possessor fuit. & paratisimam operatur restitutionem, nec admittit exceptionem dominii, nisi manifesti, vel in continentि probabilis. v. Mev. d. tr. Q. 2. n. 214. usque ad fin. Fuse hæc omnia & doctissime exponit Mev. d. tr. Q. 2. 3. &
39. 4. Nullâ vero dominii & fugæ factâ demonstratione, sed negante utrumque eō, qui vindicatur ; nihilque pro indiciis vero similibus allegante, eō qui vindicat, non statim ad carcerem aliamque custodiam, cum vindicato properandum erit, L. 2. pr. ff. de custod. reorum l. 2. C. de Exh. reis. L. 7. C. de column. nec ab eo in cuius ministerio postulatus reperitur, cautio exigenda est. Mev. P. 3. D. 101. n. ult. Rusticæ autem conditionis argumenta quæ
40. sint, de his vid. Mev. P. 3. D. 101. Sunt v. g. si quis diu sub aliquibus jurisdictione habitavit, & operas rusticæ præstavit : si canonem & censum rusticum, vulgo Pächte/ solvit, in genere, si cum aliis rusticis paris conditionis fuit : Qui enim præstat quæ aliis rusticis ex more Regionis injunguntur, ejusdem esse conditionis reputatur. Cothmann. Resp. 42. n. 38. seq. Hæc & similia tamen in possessoriō tantum valent, nam in petitoriō, & ad probationem servitutis non sufficiunt, sed forti-
ora

* (45.) *

ora requiruntur : Cum sc̄epe talia ab aliis etiam præstentur, qui non sunt proprii homines, & aliās maximus sit libertatis favor, qui ut in dubiō semper pro eā pronunciandum sit, operatur. Mev. d. l.

Cæterum, quando cum *solo vindicatō* vindicanti 42. res est, vindicatus statim absque causæ cognitione, ad locum ubi deceffit remittendus est, ut ibi causa libertatis aut servitutis discutiatur. l. 1. C. ubi de caus. stat. arg. modō eum ex nativitate, conventione, aliove servitutem quærendi modō obnoxium, aut in possessione servitutis fuisse, & ex eā discelfisse constet. Quando verò cum aliō possessore hominis proprii lis est, tunc in foro, quod ei competens, lis agenda est. Non enim hic de statu, sed de dominio quæstio est, in quā vindicans tenetur sequi forum possessoris. l. 5. C. ubi in caus. stat. ag. Mev. d. tr. Qu. 4. per. tot.

Qv. hic, ad quid teneatur post fugam proprii ho- 43. minis, ad illum restituendum condemnatus ? Et Resp. fugam esse casum tortuitum l. 23. ff. de Reg. J. quem ne-
mo regulariter præstare tenerur , d. l. 23. & l. 5. S. 2. ff. commad. Si tamen dolō quis causam dederit fugæ; cum pro possessore habeatur, qui dolō possidere desit ; l. 27. S. 2. ff. de R. V. vel culpâ l. 91. S. ult. ff. de V. C. vel MORâ, l. fin. de cond. furt. ad ejus æstimationem obstrictus est. Quandiu tamen horum quidquam præcessisse certum 44. non est, nec statim condemnari ob fugam potest, ad restituendum condemnatus : sed ad id tantum, per quod fieri potest, ut captivus reducatur, obstrictus est. Nempe ut uxor, liberi, & bona, si quæ habeat, diligenti-
ti custodiâ detineantur, omnemque diligentiam in eo explorandô & reducendô adhibeat. v. Mev. P. 2. D. 275.

Qv. porro an fugitivus, & quantō tempore præ- 45.
F 3 scriba-

* (46.) *

scribatur? Et Resp. distingvendo inter *fugitivum ipsum*, & *tertium b. f. possessorem*. *Ille*, dum sui ipsius furtum facit, *l. i. C. de fugir.* adeoque in malâ fide est, se ipsum nunquam à vindicatione liberare potest. Mev. *P. i. D. 101.* nec enim æquitati ac pietati aliquid tam contrarium est, quam ut fuga & malitia sui cuiquam prospicit, & vero domino noceat. *Tertius verò b. f. possessor præscriptione tutus est*; non alià tamen quam illà, quæ in præscriptione aliarum rerum furtò ablatarum locum invenit. (i. e. triginta annorum *L. 7. C. de præscript. 30. vel 40. ann.*) Vitium enim reale, quod exfugâ aut furtô oriatur, ad quemvis successorum cum re transit. *L. ii. C. de acquir. possess.*

46. LICITA fuga proprietorum hominum dici potest, quando ob nimiam sævitiam Dominorum fugiunt: Si sc. Domini subjectos, contra oblatam cautionem, in carcères misere detrudant, contra text. *in L. i. C. de Custod. reæ.* Si inusitatas, & gravissimas exactiones pro sua libidine iis imponant; censuque sub umbra officii, eos flagitiose emungant. Si assiduis operis eos gravent, ita, ut ipsis se fuosque alendi adimatur tempus. contra *l. 22. §. f. ff. de operis libert.* hòc ipso enim subditi solvuntur jurisdictione domini, *l. i. C. de emend. serv. & l. f. quem admod. civil. mun. & abusus dominorum*, meretur admissionem juris sui *l. 3. C. locat. l. 14. & Avth. qui rem C. de SS. Ecclesiis l. 9. §. f. ff. de dam. infecto. l. 3. C. de Mancip. & colon. Mev. d. tr. Qv. 3. n. 59. seqq.* Gail. *l. Obf. 17.* Ob ejusmodi ergo sævitiam impune fugere poslunt, modò prius admonitionem judicis superioris, ut desistat à sævitia dominus, requisiuerint. Gail. *d. l. n. 4. vid. omnino Mev. d. tr. l. c. n. 78. seqq.* Et de horum receptatoribus, *n. 81. 82. 83. &c.*

47. *Qv. 3. n. 59. seqq.* Gail. *l. Obf. 17.* Ob ejusmodi ergo sævitiam impune fugere poslunt, modò prius admonitionem judicis superioris, ut desistat à sævitia dominus, requisiuerint. Gail. *d. l. n. 4. vid. omnino Mev. d. tr. l. c. n. 78. seqq.* Et de horum receptatoribus, *n. 81. 82. 83. &c.*

CAP.

* (47.) *

CAPUT. V.

DE FUGÆ INVASORUM.

SUMMARIA.

*Sermo hic principaliter non de invasoribus, d. de invasis n. 1.
invasor quotuplex, & quotuples invasio. n. 2. de invasore
privato. n. 3. defensio est juris naturalis, div. & civilis n.
3. 4. 5. an liceat pro defensione invasorem occidere, ubi fu-
gere quis tuto potest. n. 6. 7. 8. 9. 10. Moderamen inculpatæ
tutela qui servat, ab omne pena, de J. Civili liber est. n. 11.
hoc qui excedit, extraordinarie puniatur. n. 12. quid. si ag-
gressus fugiat? n. 13. Jus defensionis, de quo hic sermo, un-
de criatur. n. 14. de invasore summe ebrio. n. 15. De invasore,
cui debetur reverentia, imprimis Principe. n. 16. 17. 18. de in-
vasore Patre. n. 19. 20. x.*

Restat, ut de fugâ invasorum videamus. Et quam-
vis sermo mihi principaliter non sit, de invaso-
ribus, sed invasis; hi tamen semper se referunt
ad illos, ita, ut invasis sine invasore, nec supponatur,
nec concipi possit. Est autem invasor ille vel *privatus*^{2.}
quidam vel ejusmodi persona, cui ab invasio singularis de-
betur reverentia, ut sunt, Princeps & Pater. Ipsa quo-
que invasio vel est cum periculô vitæ invasi conjuncta,
vel non. Quæ omnia probè erunt observanda, ubi de
justitiâ, vel injustitiâ fugæ invasorum judicandum.

Agendum itaque primo de invasore privato, de 3.
quô Qv. An iusta sit contra eum defensio, cum fugere
invasus posse? Defensionem Naturalis juris esse, ipsa
ratio dictitat, & tot viri eruditii qui fuerunt, & qui nunc
sunt, egregiis tuentur argumentis. Actum sane agé-
rem, si Magni Grotii, in tr. de J. B. & P. & hoc non in-
ferioris Puffendorffii, in tr. de J. N. & G. aliorumque
judicia, de justitiâ defensionis, multis referrem. Neque
tamen ^{4.}

- tamen solum Naturae Jus, ut de Divino non dicam, de quo Carpz. *Pr. Crim.* Q. 28 n. 5. sed & Civile, quô utimur, defensionem sui admittit, approbatque. *Vim enim vi defendere omnes LL. omniaque jura permittunt.* L. 45. ff. ad. L. Aquil. Et jure hoc evenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerint, jure fecisse existimetur. l. 3. de f. & f. 5. Fugere itaque regulariter non teneor; quia si defendens utitur jure suo, nec vitium aliquod in defendantे reperitur, sed invasore. Altioris autem indaginis videatur quæstio, an pro defensione invasorem liceat occidere, ubi fugere quis tuto possit? Et Resp. negando simpliciter. Quamvis enim liceat ubi per invasionem ejusmodi damnum, quod reparari à judice non potest, nobis intetur, pro defensione rerum nostrarum; Grot. L. 2. C. 1. §. II. & omnino Carpz. *Pr. Crim.* Q. 32. n. 14. seqq. Diff. Harpr. ad §. 5. f. de Publ. jud. n. 185 seqq. vel corporis, aut partis ejus principalis, Grot. d. l. §. 6. & pudicitiae occidere id. ib. §. 7. & Struv. *Dissert. de Vind. Privata.* c. 5. §. 1. Omnis tamen hæc defensio injusta est, quoties necessaria non est. Necessaria autem defensio cum cæde invasoris, dici non potest, quoties quis sine periculō vitæ aut famæ & bonorum fugere potest. v. Carpz. *Pr. Crim.* Q. 30. n. 53. sugg. Fundamentum ergo defensionis cum nece invadentis est *necessitas*: Quando nimurum invasus in Præsenti, i. e. tantò vitæ, famæ bonorumque versatur periculō, ut nec fugere sine illorum dispendio possit. Grot. d. l. §. 10. n. 3. Ita enim optime concluditur: Natura præcipit finem, nempe sui conservationem, ergo & præcepit media: Ad hæc verò pertinet primò fugā, si tuta sit; quia non ad nostri solum conservationem per naturam obligamur, sed & ad proximi, quem diligere tenemur, ut nos ipsos; secundo defensio.

*fensio, & occisio, si fuga tuta non sit, & meam vitam a-
liter servare non possim ; quia ordinata caritas incipit a
se ipso, & vita nostra ita nobis a summo Numine data
est, non ut ejus domini, sed ut possessores tantum &
defensores simus. Hinc dicitur, uti jure suô, ita se &
cum internectione aggressoris defendantem Conf.Grot.
L. 1. c. 3. & spr. all. loc. S. 3.*

*E contrario igitur sequitur, & certissimum est, 8.
defensionem cum morte invadentis, sine illâ summâ
necessitate, de qua dixi, esse tam jure Divino, Naturæ &
scripto, quam Civili illicitam.*

*Et quidem quod ad jus Civile attinet diserte hoc 9.
statutum reperitur a Carolo V. Imperatore in Constit.
Crimin. Art. 140. rubr. Was eine rechte nothwehr ist. verb.
So einen Demand mit einem tödlichen Gewehr oder Waf-
fen überlässt / ansicht oder schläget / und der Benöhtigte
kan füglich NB. ohne Verlezung seines Leibes/ Lebens/
Ere/ oder guten Leumuthes/ nicht entwichen / der mag sein
Leib und Leben ohn alle Straffe/ durch eine rechte Gegen-
wehr retten/ und so Er also den benöhtiger entleibet/ ist
Er darumb nicht schuldig. add l. 45. ff. ad L. Aquil. verb.
cum alibi tueri se non possunt. l. 2. C. ad L. Corn. deficar. verb.
in dubio vita discrimine constitutus. it. l. 3. de J. & J. l. 1. S.
Z. devi & vi armat. L. 2. ff. ad L. Corn. deficar. Ex quibus
patet, inter alia ad modogramm inculpatæ tutelæ ne-
cessaria requisita, de quibus Struv. de Vind. priv. C. 4. nu-
merandam quoque fugam, & ejusmodi necessitatem esse,
ut nec fugâ quis salva vitâ, famâ bonisque elabi possit.
v. Carpz. d. l.*

*(NB. Dum hic & in præcedentibus famæ fit mentio, præ- 10.
supponi, publico civitatis judicio, fugam pro infamiâ
haberi. Cum enim ex societate publicâ, jura nobis*

famæ & existimationis competant, quippe à quibus omnes dignitatum collationes, dum hæc opinionem nostram sequantur, dependent, non potest nobis non esse concessa horum jurium defensio, etiam cum morte alterius, si aliter defendi non possunt.)

11. Hoc moderamen inculpatæ tutelæ de quo in n. 9. mentio facta, qui servat, de Jure Civili ab omni pœnâ liber, ejusque nullum delictum est. Unde DD. Communiter: Interfectus ab invasō se defendantē, videtur magis à se ipso occisus, quam ab insultatō. Carpz. d. l.
12. n. 9. & Aut. ibi alleg. Si autem secure quidem fugere quis potuit, nec fugit, sed cum internecione aggressoris restitit, excessisse dicitur moderamen inculpatæ tutelæ, non tamen *defensionis*. Carpz. d. l. n. 16. Adeoque ab omnimodâ pœnâ quidem liber non est, sed tantum ab ordinariâ. Const. Crim art. 142. Struv. d. *Dissert. C. 4. §. 9.*
13. Quid si aggressor ipse fugiat? Non est, quod eum sine causâ persequaris, inquit Struv. d. l. §. 7. Itaque invasus, invasorem fugientem insequens, & occidens, cum jam extra periculum sit constitutus, Moderamen inculpatæ tutelæ non adhibet. Non tamen ordinaria tunc locum invenit pœna, sed extraordinaria pro ratione circumstantiarum. Ira enim & injusta ostensio faciunt cessare præsumptionem doli, ita ut pro culposo ejusmodi homicidium habendum existimem, cujus pœna extraordinaria est *juxta Ord. Crim. art. 164. add. Mev. P. 8. D. 118. Carpz. Pr. Crim. Q. 30. n. 64.*
14. Optimè monet Grotius d. l. §. 3. *Jus hoc defensionis, de quô mihi sermo, per se ac primariò nati ex eō, quod natura quemque sibi commendat, non ex injustiâ aut peccatō alterius, unde periculum est. Hinc indistincte nobis jus illud defensionis competit, sive invasor*

* (51.) *

invasor ex malō propositō agat, sive iniustitiā careat, si v. g. furiosus vel noctambulo sit : Quia non à mali-
tiā invasoris, dependet defensionis jus, sed à concessi-
one Naturæ. Occidi igitur & hi possunt, si salvâ vitâ
&c. fugere invasus nequeat.

Ex inde quoque, quid de summe ebriō invasore, 15.
(qui furioso non absimilis) statuendum sit, facillimē
dijudicandum. Si enim furiosus & noctambulo, licet
vitiō careant, si effugere nequeat invasus, impune tru-
cidantur ; quid non in ebrium, qui non omni vitiō ca-
ret, in ejusmodi casu liceret ? Neque hanc defensio-
nem cum internecione, impedit periculum animæ in-
vasoris, cum cuiuslibet irati aggressoris, æterna salus
periclitetur, nemo tamen ea propter defensionem sui
teneatur negligere ; aut de vitâ suâ, cuius ipse domi-
nus non est, disponere possit. add. per erudita Disp. B.
Dn Casimiri ab Osten, Equitis Pomeran. sub præsidio
celeberrimi Dn Strykii, anno 1675. Francofurti habita,
de Jure hominis in se ipsum, cap. de Jure hominis in vitam, III.
n. 24. 25.

Majoris certe est momenti, eruere ex juris fon- 16.
tibus justiciam defensionis, cum homicidiō conjunctæ,
si fuga salva non sit. ubi invasor ejusmodi est, cui re-
verentia summa debetur & obsequium. Cuiusmodi
sunt PRINCEPS ET PATER. In Principem hanc defen-
sionem, ex variis iisque haud spernendis rationibus, de-
negat Grot. L. 1. C. 4. ferè per tot. contra Vasqv. in Controv.
Id est. L. 1. c. 18. n. 8. sqq. aliosque (inter quos etiam Harpr.
ad §. 5. J. de publ. Judic. n. 230. Struv. de vind. priv. C. 4. §. 4.)
Qui Principem, quotiescumque excedit terminos justi-
tiæ & imperii, pro privatō habendum esse, & occidi à
privatō, pro vitæ defensione, si fugere non liceat. exi-
stunt.

* (52.) *

17. stimant. Quorum opinio, ex hoc etiam fundamento magnam justitiae praetere fert speciem, quod natura omnes pares sumus, utpote cui status imperii & subjectionis plane incognitus est. Sed cum illud sine magna turbatione Reipubl. quae vitâ ipsâ carior nobis esse debet, fieri non posse, & summum, quô Majestas Principis eminet, fastigium, omne privato in illum jus adimat, non video, quomodo haec sententia, cum eâ, in quam subditum, vel juris necessitas, vel libra voluntas conjecit, subjectione, stare posse. add. laud. *Diss. de Jure hom. in se ipf. c. 3. n. 13.*
18. Facilius de Patre quaestio ; Huic enim in gravissimo vitae discrimine vim ad mortem usque opponi posse ; prædictæ eleg. disput. Autor. *d. l. n. 18* & recte tueretur. Partim ex cessante jure vitae & necis in filium ; partim ex eo, quod non solum qua civis est, sed & qua pater familias, agnoscat superiorem, eoque non habeat imperium, cum jure simpliciter non resistendi ; neque obligare possit suos ad patientiam Naturæ adversam. Accedit, quod hic, omnem *sophyam* naturalem, adeoque ipsam etiam Patris personam deponat, & invasoris induat. Vid. omnino Harp. *ad s. r. I. de publ. Jud. n. 222. foqq.* ibique in utramque partem magnô numerô allegati DD.


Pedem hic figo, Deoque Optimo Maximo pro concessis hucusque animi corporisque viribus grates persolvo devotissimas.

S. D. G.





DI



14.

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE
F U G A,
Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
AUGUSTO ET SERENISSIMO REGIO PRINCIPE AC DOMINO,
FRIDERICO WILHELMO,
REGNI BORUSSIÆ atq; ELECTORATUS BRANDENBUR-
GICI HÆREDE &c. &c.
Ex DECRETO & AUTORITATE MAGNIFICI FCTO.
RUM ORDINIS IN ALMA VIADRINA,
PRÆSIDE
DN. HENRICO COCCEJO,
AUGUST. ac POTENTISS. REGIS BORUSSIÆ
CONSILIARIO INTIMO,
FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO, & ANTECESSORE
PRIMARIO,
DN. FAUTORE AC PATRONO SEMPER VENERANDO,
PRO
LICENTIA OBTINENDI SUMMOS
IN UTROq; JURE HONORES
Publicæ Eruditorum disquisitioni
subjicit
Ad D. 22. April. Horis ante- & pomeridianis An. 1706.
JOHANN DANIEL Söper/
Starg. Pomer.
FRANCOF. ad VIADR. Literis CHRIST. ZEITLERI.